



A. 6.





APPIANOY INΔIKH.

~~AG~~  
A R R I A N I

HISTORIA INDICA,

CUM

BONAV. VULCANII

INTERPRETATIONE LATINA

PERMULS LOCIS EMENDATIORE.

RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT

FRIDERICUS SCHMIEDER,

PHILOSOPHIAE DOCTOR ET AA. LL. MAG.

GYMNAS. HAL. LUTH. COLLEGA.

---

HALIS MAGDEBURGICIS,  
SUMTIBUS JO. JAC. GEBAUERI.

c1c1ccclxxxxviii.



7363



94832

·II

---

## P R A E F A T I O.

**A**lexander, quum, Asia et India usque ad Hyphasin domita, reverti coactus esset, animo Macedonum et bellis et laboribus continuis fracto, qua ratione fines imperii sui et constitueret firmos, et ipse videret cognosceretque, animo cogitabat. Terminos Asiae ab occidente natura ipsa firmaverat maribus; Libyam ab Aegypto, Arabiam a Syria et Babylonia ingentia dirimebant deserta; terminos septentrionales ab Armenia usque in Indiam ipse cum exercitu percurrebat victor; restabant termini orientem et meridiem versus, nondum certi exploratique. Classe igitur in Hydaspes exstructa, per Hydaspem Acesinem et Indum usque ad oceanum navigabat, gentibusque ad

utramque Indi oram victis, hunc fluvium terminum imperii orientem versus constituit. Dum vero in Indo navigaret, per medias regiones inter Sogdianam et mare Craterum, remisit in Carmaniam, qui terras quasdam nondum satis cognitatas et gentes dubiae fidei vel exploraret vel in potestatem regis redigeret. Ab Indi vero ostiis, ut nationes mari proximas subigeret, et littorum conditionem accurate cognosceret, partim ipse per fines Arabitarum, Oritarum, Gadrosiae, Carmaniae et Persidis rediit, partim Nearchum, ut praeter littora ab Indo ad ostia Euphratis et Tigris navigaret, misit.

Mandatum erat Nearcho, ut omnia littora portusque et insulas in praeternavigatione perlustraret, omnes sinus pernavigaret, urbesque ad mare sitas cognosceret, atque non negligeret, quae regio sit fertilis, quae deserta. (Ind. c. 32, 11.) Vel hoc mandatum docet, jam tum Alexandrum majora animo voluisse. Tam accurata eorum littorum cognitio, cui fuisset usui, nisi jam tum de repetenda in posterum ea navigatione cogitasset? Viderat Alexander, quum Tyrum oppugnaret, quanta commercio opes pararentur; viderat, quum in India versaretur, quot ad commercium merces utilissimas ea terra praeberet; viderat, sua experientia, earum terra ex India in occidentem transportandarum difficultatem. Quid mirum, si jam Alexander, vir in omni re sagacissimus, per



per maria viam commercio invenire vellet? Quod Alexandrum voluisse non Nearchi solum iter, sed et navalia passim in ripis Indi et ad ejus fluvii ostia condita probant, quae, nisi et in posterum ibi navigari voluisset, prorsus inutilia fuissent. Certe non ambitio vanaeque laudis studium, se et suos primos in iis maribus navigasse, sed commodi emolumentique futuri divinatio, desiderium, littora non minus, quam mediterranea cognoscendi et spes mutuo commercio terras longinquas conjungendi ad eam navigationem jubendam Alexandrum compulere. Quapropter, simulac experientia edoctus ea maria navigabilia esse sciret, moles in Tigri a Persis conditas navigationemque impediens destruebat, aliamque classem in Euphrate aedificabat, qua ipse per sinum persicum circum Arabiam in sinum arabicum navigare constituerat. Sic ipse viam ex India in Aegyptum invenisset, sic ipse forsitan opulentiae Alexandrinae initium vidisset, nisi mors citior et vitam et consilia ejus praecidisset. Voluerat adeo Libyam, ut ipse militibus suis confitebatur, circumnavigare. Quod multum abest vanam fuisse gloriationem. Voluerat sine dubio. Sed consilium id ex nimia ejus aevi geographiae verae ignorantia natum erat.

Iter Nearchi maximi erat momenti. Primus Europaeorum praeter illa littora, per illa maria, ante eum prorsus ignota, navigavit; primus commercio

inter orientem et occidentem, postea supra omnem opinionem florenti, viam aperuit. Nearchus navigaverat ab Indo praeter Arabitas, Oritas, Ichthyophagos, Carmaniam, Persidem et Susianam. Alii post eum ab Alexandro missi per sinum persicum praeter littora Arabiae usque ad promontorium Maceta; alii sub Ptolemaeis, Aegypti regibus, circum Arabiam ad ostia Indi usque et superius adhuc, littora legentes venerunt; posterius ventorum ejus regionis natura satis comperta, ab Arabia in Indiam, relictis littoribus via per Oceanum transversa navigabatur. Hac via merces indicae in Aegyptum, praecipue urbem Berenicen, inde terra ad Nilum, denique secundo Nilo Alexandriam, praesidii causa ab Alexandro conditam, vestae, ab Alexandria per occidentem dimittebantur. Multis saeculis haec sola via commercio indico fuit, donec tandem recentioribus temporibus Portugallorum merito alia eaque commodior circum Africam reperiebatur.

Scripserat Nearchus Paraplum, sive descriptionem expeditionis suae navalis, nunc prorsus perditam, nisi Arriano, praeter expeditionem Alexandri ipsius, etiam de classe ejus librum singularem, Historiam indicam, scribere placuisset. Curtius et fons ejus Diodorus paucissima modo de Nearchi itinere, et quidem ea, quae olim miraculosa videbantur, ex. c. de balaenis, habent. Pauca ex Nearchi libro, eaque

eaque corruptissima exscripsit Plinius; plura Strabo; omnem vero, ut quidem videtur, Arrianus a).

Nearchi Parapulus, sicut pleraque veterum itineraria, liber admodum tenuis fuisse videtur, pauca continens, praeter nomina propria ac distantiam singulorum locorum, quantam forte esse conjiciebat. Quae longius describuntur, maximam partem non sunt magni momenti. Quare cogitari nequit, parapulum illum fuisse supposititium. Nam si quis impostor Nearchi itinerarium finxisset, absque dubio lectores et sermonis lepore et rerum eventuumque miraculo allicere conatus effet. „*Nearchus vero loquitur quidem de insula quadam incantata, atque de miraculosa Ichthyophagorum origine, sed ut rem refutet, non ut pro vera venditet. Duo modo ejus veracitatem suspectam reddere possent, nimia nempe Indi latitudo, sed hanc puta scripsit fluvii inundantis; et quod dicit, Malanis Novembri visum esse solem septemtrionem versus; sed quis ob unum hunc errorem veritatem totius negare posset?*„ *Vinc. Nearch.* pag. 58. Et ni ipse fallor, ne hic quidem error Nearchi adscribendus est, sed Arriano, minus recte auctorem suum intelligenti. Vid. not. ad c. 25, 1. „*Nearchi narratio, ab Arriano servata (qui ipse eam genuinam esse certissime non dubitavit), quaevis interna documenta veritatis habet; quo attentio-*

a) cf. Diod. XVII, 106. Curt. X, 1, 10. sqq. Plin. VI, 23. 24. 25. Strabo XV. pag. 495. sqq.

*res eam legimus, eo magis laudatur; quo magis nobis India innotuit, eo magis eum vera retulisse vidimus; quo longius fines geographiae extenduntur, eo accuratorem ejus narrationem, eo puriores ejus fontes fuisse agnoscitur.*, Vinc. pag. 2. Robertson <sup>b)</sup> Nearchi Paraplum memoratu dignissimis ex antiquitate servatis scriptis adnumerat. Jam ante Vincentium propter Nearchi accuratam situs promontiorum, sinuum, urbium et montium descriptionem, d'Anville <sup>c)</sup>, comparatis recentiorum descriptionibus, plurimorum locorum situm invenire et certo definire potuit. Itaque refutatione vix digni sunt, qui genuinum esse Nearchi paraplum negarunt. Henrici Dodwelli dissertatio de Arriani Nearchi nihil est nisi docta defensio errorum, quibus concipiendis Plinius occasionem dedit, quo nemo facile in scribenda geographia confusior reperiri potest. Summa dissertationis Dodwelli est: Nearchi paraplum sub postremis Ptolemaeis fictum esse. Argumenta, quibus hoc probabile reddere studet, sunt continui errores, quorum refutationem cum probatione contrarii vide apud Sainte-Croix <sup>d)</sup> et Vincentium <sup>e)</sup>. Ne quid vero desit in hac editione, quod emtores desiderare possent, Dodwelli dissertationem ad calcem libri

b) Disquisit. histor. de Veterum India, nota VI.

c) Mém. de Littérature, tom. XXX. pag. 132. sqq.

d) Exam. pag. 250.

e) Nearch. pag. 56. sqq.

libri Arrianæi adjungendam curavi, adjecta Vincentii refutatione, ad quam plura in Nearchi defensionem legendi cupidos relegare fatis habeo.

Eam vero ipsam ob causam, quod nimis tenuis esset Nearchi paraplus, exornavit eum Arrianus digressionibus, et operam dedit, ut varietate et elegantia sermonis lectores delectaret. Prioribus XVII capitibus continetur descriptio Indiae optima. Auctores erant Megasthenes et Eratosthenes, hic quod geographiae studio deditus erat et celeberrimis antiquitatis geographis adnumerabatur; ille quia ipse non ita multo post Alexandrum diu in India vixerat et longius adhuc Alexandro in India itinera fecerat *f*). Ultimum caput tenet dissertatiunculam, qua, pro suae aetatis cognitione, orbem longius meridiem versus prae ardore inhabitabilem esse, exemplis probare studet. Medium locum tenet narratio de Nearchi expeditione navali, quam scripsit αὐτῷ Νεάρχῳ ἐπόμενος, ut dicit in Exped. VI, 28.

Scripsit Arrianus hunc librum post Expeditionem. Nam in Expeditione VI, 28, 10. et V, 5, 1. 6, 12. de historia indica adhuc scribenda loquitur, et in hac ipsa cap. 19. et saepius relegat lectorem ad Expeditionem. Scripsit eum dialecto ionica, non at-

\* 5

tica,

*f*) Scriptores veteres de India deperditos et superstites enumeratos vide in Freinsh. Comment. ad Curt. VIII, 9, 2.

tica, ut Expeditionem; vel, ut veteres in omni dialecto imitaretur, vel ut uni vel pluribus amicorum, qui illam atticae praeferrent, placeret.

Historia litteraria 'Ινδιανῶς cum ea Expeditionis vel Anabaseos Alexandri prorsus convenit; nam in MStis et editionibus (excepta Borheckiana) illi adjuncta est, adeoque in primis editionibus pro octavo Anabaseos libro habebatur. Quare de fatis hujus libri lectores ad praefationem meam in Expeditionem relego, et hic ea modo, quae sigillatim ad Historiam Indicam pertinent, adscribere fatis habeo.

In *Geographiae veteris scriptoribus graecis minoribus*, Vol. I. Oxoniae, 1698. typis repetitus est *Nearchi paraplus* cum Vulcanii interpretatione, id est: pars hujus Historiae indicae, a capite XIX. extremo usque ad cap. XLIII, 13. Sub textu et ad calcem libri adjecit Hudson plurimas notas criticas Blancardi, interdum etiam quae Plinius et Ptolemaeus habent nomina locorum, si paulisper differunt ab nominibus Nearchi, et quod summum, varias lectiones Codicis MSti Bodlejani, quibus Gronovius non usus est. Codex is egregius est, et forte post optimum florentinum secundus; nam pleraeque ejus lectiones cum lectionibus Optimi congruunt, et quaedam bona habet, quae a Gronovio ex Optimo non vidi excerpta. Unde nihil magis dolui, quam mihi totius ejus codicis variantes inspicere non contigisse, praecipue quum Hudson

in

in praefatione scribat: „Potuimus, si id nostri fuisset instituti, variantes lectiones (codicis Bodlejani) ad reliqua Arriani delibasse, quae obscura multa luce perfunderent et maculas non paucas tollerent inveteratas.,, Sane si is Codex conferretur, operae pretium foret.

Bis Indica separatim in Germanicum translata est: *Arriani Indica, das ist: indianische Geschicht- oder Reisebeschreibung der Flotte Alexanders des Großen. Aus dem Griechischen ins Deutsche übersetzt (von Georg Raphaelius). Hamburg 1710. deinde: Arrians indische Merkwürdigkeiten und Hannons Seereise, nebst Hr. Heinr. Dodwells Prüfung der Seereise des Nearch, und Herrn von Bougainville Abhandlung von der Seereise des Hanno und den carthaginiensischen Handelsplätzen, die er an der Küste von Africa angelegt hat. Mit Landcharten und einem geographischen und historischen Register über den Arrian. Braunschweig und Wolfenbüttel 1764. (von Conrad Arnold Schmid.)* Prior Arrianum transtulit ad verbum, posterior elegantior est. De versione italiana vide Fabric. ed. Harles. Tom. V. pag. 100.

Vincentii liber celeberrimus — *the Voyage of Nearchus etc. London 1797.* — nunc in Germania a nemine ignoratur, et, si de ejus laude multa differerem, supervacanea scripisse viderer. Jam vidi in indicibus publicis, versionem ejus parari. Ea enim laus est Germaniae, ut non solum in quavis doctrina-  
rum

rum parte viros alacerrimos, sed quicquid etiam apud externos boni edatur, vel vertendo vel alio modo sibi vindicet, ut omne scibile ex universo orbe in Germaniam confluere vere dici possit. Continet Vincentii liber explicationem totius Nearchi itineris ex Hydaspes usque ad Indi ostia et inde per Oceanum et sinum persicum usque in Pasitigrim respectu ad historiam, geographiam et commercium; praefixa sunt Prolegomena de Alexandro et ejus consiliis, de Alexandria et aliis rebus geographicis, de temporibus, ventis, mensuris, atque de Geographis ipsis, lectu dignissima; adjectae sunt dissertationes doctissimae ad astronomiam et geographiam pertinentes. Ex his omnibus non pauca ad *Arriani Anabasin Alexandri* explicandam a me adhiberi potuissent, nisi jam, quae scripseram, Lipsiam missa et maximam partem excusa fuissent, quum Vincentii librum acciperem. Quapropter paucissima modo, dum ultimam manum ad corrigendos in typis errores admovebam, ex Vincentii Nearchi ad illum librum adnotare potui. — Ad explicandam navigationem Nearchi per mare usque est Vincent cum aliis subsidiis optimis, tum praecipue quod attinet littora inter Indum et sinum Persicum, inde ab Alexandri temporibus ad nostra usque non descripta et prorsus ferme ignota, itinerario recenti atque inedito. Erant enim anno 1774 ab Anglis naves quaedam missae ad ea littora exploranda. Quam



ob rem ad explicandum Nearchum solus optime instructus, non pauca referre poterat et veteris et recentioris Geographiae studioso acceptissima. Quia vero Germani in istis maribus non navigant, bibliopolam, qui versionem illius libri emit, lucrum habiturum dubito. Geographi enim nostri librum Anglicum legere malent. Iis vero, quibus studium scriptorum antiquorum curae est, me satisfecisse spero, quum potiora et quae stricte ad Arriani Historiam indicam pertinent, ex Vincentii libro, in quo nec textus Arriani graecus, nec versio continua reperitur, in animadversiones meas intexerim.

Restat, ut de mea opera qualicumque pauca adjiciam.

*Textum* restitui ad fidem Codicis Optimi Florentini, reliquorum codicum a Vulcanio, Blæcardo, Hudfone, ac Gronovio collatorum, et primarum editionum, Venetae atque Basileensis, ope usus subsidaria. Quae jam ab aliis emendata erant, repetere nolui; mearum vero emendationum, et ubi codices me deferrent, conjecturarum rationes in *notis criticis* sub textu reperies. Textui e regione repetita est latina Bonaventurae *Vulcanii interpretatio*, eaque nunc innumeris locis emendatior. Ad calcem cujusvis capituli subnexae sunt *animadversiones*, quarum quaedam, sed paucissimae, obscuriora textus loca illustrent, plurimae vero geographiam et historiam spectant. Plurima, ut  
supra

## XIV

supra jam monui, Vincentio debeo, a quo paucis modo locis discessi; at aliorum tamen virorum doctorum libros a me neglectos non esse, quavis pagina invenies. Adjecta est ad finem libri *Dodwelli dissertatio de Nearchi paraplo* cum *Vincentii refutatione*, ex anglico in latinum translata. *Mappa geographica*, quam liberalis editionis hujus redemptor adjiciendam curavit, constructa et composita est ex duobus mappis accuratissimis in Vincentii Nearchi. Nomina ad littora scripta, nisi his signis ( ) inclusa sunt, ex Nearchi paraplo sunt. Numeri adscripti relegant ad marginem superiorem, ubi vel nomina eorundem locorum ab aliis veterum servata vel nomina recentiora reperiuntur.

Discedere a lectoribus nequeo, nisi publice benignitatem Jo. Reinhold Forsteri, Viri Illustris, professor, qui me et bibliotheca sua in quovis litterarum genere lectissima, et doctrina atque consiliis suis animo promptissimo juvit.

Scribebam Halis Magdeburgicis, in Gymnasio Lutherano, die XVI<sup>mo</sup> Dec. 1797.



# MANSIONES CLASSIS, CUM DIEBUS

EX VINCENTIO ADSCRIPTIS.

<i>Loca.</i>					<i>Dies.</i>
Solvit classis in Indo	—	—	—	—	d. 2 Oct. 326 a. Chr.
Stura	—	—	—	—	Oct. 3. 4. 5.
Koreatis	—	—	—	—	Oct. 6.

## *Arabitae.*

Krokala	—	—	—	—	Oct. 8. 9.
Irum	—	—	—	—	Oct. 9.
Sangada, Bibacta, Portus Alexandri,	—	—	—	—	Oct. 10.
Domae	—	—	—	—	Nov. 3. 326.
Saranga	—	—	—	—	Nov. 5.
Sakala, Morontobarbara	—	—	—	—	Nov. 6.
Arabis	—	—	—	—	Nov. 7. 8.

## *Oritae.*

Pagala	—	—	—	—	Nov. 9. 326 a. Chr.
Kabana	—	—	—	—	Nov. 10.
Kokela	—	—	—	—	Nov. 11.
Tomerus	—	—	—	—	Nov. 21.
Malana,	—	—	—	—	Nov. 27.

## *Ichthyophagi.*

Bagafira	—	—	—	—	Nov. 28. 326 a. Chr.
(Arraba Promont.)	—	—	—	—	Nov. 29.
Kolta	—	—	—	—	Nov. 30.
Kalyba	—	—	—	—	Dec. 1.
Karbis, Kyfa	—	—	—	—	Dec. 2.
Mofarna	—	—	—	—	Dec. 3.
Balonus	—	—	—	—	Dec. 4.
Barna	—	—	—	—	Dec. 5.
Dendrobosa	—	—	—	—	Dec. 6.
Kophanta	—	—	—	—	Dec. 7.
Kyiza	—	—	—	—	Dec. 8.
Oppidum parvum	—	—	—	—	Dec. 9.
Bageia, Talmena	—	—	—	—	Dec. 10.

Kana.

## XVI

Kanafida	—	—	—	Dec. 11.
Littus desertum	—	—	—	Dec. 12.
Kanate	—	—	—	Dec. 13.
Troea	—	—	—	Dec. 14.
Dagafira	—	—	—	Dec. 15.
Badis	—	—	—	Dec. 17.

### *Carmania.*

Littus humile Carmaniae	—	—	—	Dec. 18. 326 a. Chr.
Neoptana	—	—	—	Dec. 19.
Anamis	—	—	—	Dec. 20.
Oaracta	—	—	—	Jan. 1. 325 a. Chr.
Oaracta	—	—	—	Jan. 2.
(Great Tombo)	—	—	—	Jan. 3.
Sifidone	—	—	—	Jan. 4. 325.
Tarfia, Cataea	—	—	—	Jan. 5.

### *Persis.*

Ila, Kaikandros	—	—	—	Jan. 6. 325.
Ochus	—	—	—	Jan. 7.
Apostana	—	—	—	Jan. 8.
Sinus	—	—	—	Jan. 9.
Gogana	—	—	—	Jan. 10.
Sitakus	—	—	—	Jan. 11.
Hieratis	—	—	—	Febr. 1. 325.
Mefambria, Padagrum	—	—	—	Febr. 2.
Taoke, Granis	—	—	—	Febr. 3.
Rhognis	—	—	—	Febr. 3.
Brizana	—	—	—	Febr. 4.
Arofis	—	—	—	Febr. 5.

### *Sufiana.*

Kataderbis, Margastana	—	—	—	Febr. 6. 325.
Brevia	—	—	—	Febr. 7.
Diridotis	—	—	—	Febr. 8.

A Diridoti reversus Nearchus per Pafitigrim, adverso flumine, ad pontem non procul a Sufis exstructum navigavit, ubi finita navigatione nautae cum Alexandri exercitu propter saluum claslis reditum dies festos celebrabant.



# ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΙΝΔΙΚΗ.



# ARRIANOY INΔΙΚΗ.

ΚΕΦ. Α.

CAP. I.

**Τ**ὰ ἔξω Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰ <sup>1</sup> πρὸς ἐσπέρην ἔς τε ἐπὶ τὸν ποταμὸν Κωφῆνα, Ἀσακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοὶ, ἔθνεα Ἰνδικὰ, ἐπικιμέουσιν. Ἀλλ' οὔτε <sup>2</sup> μεγάλοι τὰ σώματα, καθάπερ οἱ ἐντὸς τοῦ Ἰνδοῦ ὤκισμένοι, οὔτε ἀγαθοὶ ὡσαύτως τὸν θυμὸν, οὔδ' ἠέ μελανες ὡσαύτως τοῖς πολλοῖς Ἰνδοῖσιν. Οὔτοι πάλαι μὲν Ἀσσυ- <sup>3</sup> ρίοις ὑπῆκοι ἦσαν· ἔπειτα Μῆδοισι· ἐπεὶ δὲ Μῆδοι Περσέων ἦκουον, καὶ Φόρους ἀπέ- Φερων Κύρω τῷ Καμβύσου ἐκ

**Q**uae extra Indum amnem Occidentem versus sunt regiones ad Cophenem fluvium usque, Astaceni atque Affaceni, Indicae gentes, incolunt. Sunt vero hi Indis intra Indum amnem habitantibus et corporum magnitudine et animorum praestantiâ inferiores: neque tam nigri, quam plerique Indi. Hi olim Assyriis parebant: deinde Medis: postquam vero Medi in Persarum potestatem venerunt, tributa etiam Cyro, Cambysis filio, ex suis regionibus

## NOTAE CRITICAE

AD ARRIANI HISTORIAM INDICAM.

CAP. I.

1. ἔς τε ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ex optimo Codice Florentino, pro vulgato ἐπὶ τὸν ποταμὸν.
3. ἐπεὶ δὲ Μῆδοι Περσέων, sic Vulcanius et reliqui editores eum secuti. At Veneti et Basileenses cum quatuor codicibus habent: ἐπεὶ δὲ Μῆδοισι. In uno Gronovius erasam invenit primam scripturam vocis ἐπεὶ. Unde idem, ut transitus bene ducatur, omniaque convenient, legi vult: ἔπειτα Μῆδοισι, ἐπεὶ δὲ Μῆδοι etc., quam conjecturam, ut maxime probabilem, recepi.

τῆς γῆς σφῶν, οὓς ἔταξε Κῦ-  
 ρος. Νυσαῖοι δὲ οὐκ Ἰνδικὸν 4  
 γένος ἐστίν, ἀλλὰ τῶν ἅμα  
 Διονύσει ἐλθόντων ἐς τὴν γῆν  
 τῶν Ἰνδῶν· τυχὸν μὲν καὶ  
 Ἑλλήνων, ὅσοι ἀπόμαχοι αὐ-  
 τῶν ἐγένοντο ἐν τοῖς πολέ-  
 μοις, οὓς τινὰς πρὸς Ἰνδοὺς  
 Διόνυσος ἐπολέμησε· τυχὸν 5  
 δὲ καὶ τῶν ἐπιχωρίων τοὺς  
 ἐθέλοντας τοῖς Ἑλλησι συνώ-  
 κισε· τὴν τε χώραν Νυσαίην  
 ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ὄρους τῆς  
 Νύσης Διόνυσος, καὶ τὴν πό-  
 λιν αὐτὴν Νύσαν. Καὶ τὸ ὄρος 6  
 τὸ πρὸς τῇ πόλει, ὅτου ἐν  
 τῆσιν ὑπηρείησιν ὤκισαι ἢ Νύ-  
 σα, Μηρὸς κληίζεται, ἐπὶ τῇ  
 συμφορῇ ἧτινι ἐχρήσατο εὐ-  
 θὺς γενόμενος. Ταῦτα μὲν οἱ 7  
 ποιηταὶ ἐπὶ Διονύσει ἐποίη-  
 σαν· καὶ ἐξηγείσθων αὐτὰ  
 ὅσοι λόγοι Ἑλλήνων ἢ βαρ-

pependerunt, quae Cyrus  
 imperavit. Nyfai vero In-  
 dorum gens non sunt, sed  
 ex iis originem ducunt, qui  
 olim cum Libero patre in  
 Indiam venerant, Graecis  
 quidem etiam fortasse, qui  
 in bellis, quae Liber cum  
 Indis gessit, inutiles bello  
 facti fuerant. Fortassis au-  
 tem etiam indigenas volun-  
 tarios in eandem cum Grae-  
 cis coloniam deduxit, re-  
 gionemque Nyfaeam a mon-  
 te Nyfâ vocavit, urbemque  
 ipsam Nyfam. Mons vero  
 urbi vicinus, ad cuius ra-  
 dices sita est Nyfa, Merus  
 (i. e. femur) vocatus est,  
 propter casum illum, quo  
 usus fuit Bacchus simul ac  
 natus erat. Atque haec qui-  
 dem poëtae de Dionysio  
 finxerunt: eademque quot-  
 quot vel apud Graecos vel  
 apud barbaros fabulosarum

5. τὴν πόλιν αὐτὴν, ex MSSis pro τὴν πόλ. αὐτῶν. Deinde vulgo hoc loco scribere solent Νύσση et Νυσαῖοι. Vulcanius primus ex suo codice emendavit Νύση et Νυσαῖοι, quomodo etiam prima edita exemplaria duobus locis habent, Exped. V, 26, 9. et VI, 2, 5. Blancardus male restituit σ geminatum, firmis argumentis non nihil. Ego denuo alterum σ ejicio, maxime ob Codicem optimum, quae lectio Gronovio haud dubie vera (vide not. ad Exped. V, 1, 1.) praecipue propter derivatum inde nomen *Dionysos*. cf. etiam Heyne ad Apollod. pag. 563.



βάρων. Ἐν Ἀσσακηνοῖσι δὲ 8  
Μάσσακα, πόλις μεγάλη,  
ἵναπερ καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς  
ἐστὶ τῆς Ἀσσακίης· καὶ ἄλλη  
πόλις Πευκέλα, μεγάλη καὶ  
αὐτῇ, οὐ μακρὰν τοῦ Ἰνδοῦ.  
Ταῦτα μὲν ἔξω τοῦ Ἰνδοῦ  
ποταμοῦ ὄκισται πρὸς ἑσπέρην,  
ἔστε ἐπὶ τὸν Κωφῆνα.

historiarum scriptores sunt,  
narrent. Apud Affacenos  
est Massaca, magna urbs,  
ubi et summa potestas est  
regionis Affaciae; et alia  
urbs Peucela, magna etiam  
haec, non procul ab Indo.  
Haec extra Indum amnem  
habitantur Occidentem ver-  
sus, usque ad Cophenem  
(fluvium).

8. ἔτι μεγάλη καὶ αὐτῇ — Voculam primam abjeci, quia  
ab Optimo ignoratur.

## ANIMADVERSIONES

### AD ARRIANI HISTORIAM INDICAM.

Ἰνδική] sc. *ξυγγραφή*, sicut  
ab Arriano dicitur V, 6, 12.  
et VI, 16, 7., *indica historia*.  
Scripta vero est dialecto io-  
nica, uti anabasis Alexandri  
attica, quam ideo *ἄττικὴν*  
*ξυγγραφήν* (Ind. 19, 8.) appel-  
lat. Argumentum hujus hi-  
storiae est: Quum Alexan-  
der ex India reverti coge-  
retur, quod exercitus eum  
ultra Hyphasin fluvium se-  
qui nollet, ipse quidem ter-

restri itinere proficiscebatur,  
Nearcho autem parte  
copiarum tradita, impera-  
bat, ut ab Indo fluvio pro-  
gressus per mare rediret  
oramque maritimam viferet,  
quae regiones urbesque, qui  
portus qui populi essent.  
Huic vero narrationi prae-  
mittitur septendecim prio-  
ribus capitibus descriptio  
Indiae et regionis et inco-  
larum. *Raph.*

## CAP. I.

*Argumentum.* De accolis Indi occidentem versus, Affa-  
cenis, Aftacenis et Nysaeis.

1. ἔξω Ἰνδοῦ] *extra* sive  
*ultra Indum*, ἐντὸς τῆς Ἰνδοῦ *in-*  
*tra* sive *cis Indum*. Arrianus  
adverbiis ἔξω et ἐντὸς usus est  
ita, ac si haec scriberet in  
ipsa India. *Raph.*

Ἀσσακηνοὶ καὶ Ἀσσακ.] De  
Affacenis, quorum urbes et  
regionem armis expugnavit  
Alexander, multa loquitur  
Arrianus in Exped. Alex.  
IV, 25. seqq. Aftacenorum  
nomi-

nominis nulla ibi mentio facta, at eorum loco inter Cophenem et Indum, et quidem proxime Cophenem duae aliae gentes indicatae commemorantur, Aspasii et Guraei. In Strabone vero, libro XV, nominantur Ἀστακανοί, ut igitur de nomine eorum dubium esse nequeat. Vel negligenter egit Arrianus, ut in majore illo libro id nomen taceret, quum tamen Alexander tam diu in illis regionibus haereret; vel librariorum culpa nomen Astacacorum mutatum est in solennius nomen Affacacorum. Ex. c. lib. IV, 30, 9. Alexander movisse dicitur ex petra Aorno in Affacacorum regionem. Ergo vel ea petra aliam ad gentem pertinebat, forte Astacacenos, vel, quia nondum narratum erat, Alexandrum ex Affacacorum regione discessisse, legendum est Ἀστακανῶν pro Ἀσπακωνῶν. Strabo XV, p. 480. inter Cophenem et Indum has collocat gentes: Astacacenos, Massianos (qui in nostro non occurrunt), Nyfaeos, Hippasios (lege: Aspasios. Scripti etiam habent Πάσιος.), Affacacanos, ubi urbs Masoga (Massaga); et urbs alia Peucolaetis.

2. ἔτε ἀγαθοὶ — τὸν θυμὸν] Confirmatur hoc bello contra Alexandrum. Quamvis enim supra 30000 peditum, 2000 equitum et 30 elephantos haberent, proelio tamen

cum Alexandro decertare noluerunt; Massagaque, Affacacorum urbs princeps, non ab ipsis, sed ab aliis Indis mercede conductis fortiter defensa, post horum discessum facile capiebantur.

5. ἀπὸ τῆς ὄρειος τῆς Νύσσης] Non a monte, sed a nutrice Bacchi Nyssa, hanc urbem nomen traxisse tradidit Arrianus Exped. V, 1, 9. Utrumque parum differt. Mons enim ille vel ipse a nutrice Bacchi nomen habet, vel quia Bacchus in eo nutriebatur, a poetis in nutricem mutatus est. Situs est in Asia, et prope eum urbs ejusdem nominis, ubi Bacchus post deliria Athamantis et Inonis a Nymphis Nyseidibus, Jove jubente educatus fertur. Vid. Apollod. Biblioth. III, 4, 3. et Heyn. Not. p. 563. De Nyssaeis vide Arr. Exped. Alex. V, c. 1. et c. 2, 1 - 9. Curt. VIII, 10, 7. seqq. Plut. Vit. Alex. c. 58. Urbs Nyssa ab optimatibus regebatur et 300 equites Nyssaei per aliquod tempus Alexandrum in India comitabantur. Situs urbis incertus est. cf. Mannert. V. p. 38. et 142. Ptolemaeo eadem esse videtur, quae nunc Nagar.

6. μηρός] quae vox idem dicit, quod Latinis femur. Semele enim extincta Bacchum in femore Jovis ad maturitatem pervenisse notum est. Ista fabella ex more

re loquendi orientalium nata videtur, quibus ex femore fati et liberi idem significant. De monte Mero vide notam Wesselingii ad Diod. II, 39. et descriptionem ex libro indico Bagavadam apud St. Croix pag. 312. seqq.

[ἐπὶ τῇ συμφορῇ] *propter casum illum*, non adversum, est enim vocabulum medium, neque quidquam adversi accidit Baccho, quod femori Jovis infusus fuerit. *Raph.*

7. ὅσοι λόγοι] Bacchum tot gentes bellicosas, easque tum temporis Graecis ignotas, usque ad Indos pervisse, nullamque ex iis praeter Indos subegisse, vehementer dubitat Arrianus Exped. V, 1, 2. Sed fabulosa ea, quae de diis veteres tradidere, non esse nimium curiose pervestiganda censet. Quis credat Bacchum et Herculem unquam apud Indos fuisse, quorum religio et mores cultui istorum deorum quam maxime obstant? Receptae tamen sunt istae narrationes a senioribus de Alexandro scriptoribus, adeoque monumentis publicis posteritati traditae. (cf. P. Corfani Herculis expiat. gesta et labores pag. XXXVII.) Strabo lib. XV. pag. 472. (ed. Casaub.) et seqq. Megasthenem quidem, ait, fidei antiquis de India narrationibus de-

rogare jussisse, at Herculis res gestas et Bacchi cum paucis quibusdam credidisse, quum reliquorum magna pars, interque eos Eratosthenes, fabulosa ea et minime credenda arbitrarentur. Atque omnia ista de Baccho, Hercule et Prometheo figmenta eorum esse, qui Alexandro adulari studerent, primum ex eo liquere, quod scriptores non concordent, sed alii ea reserant, alii ne ullam quidem mentionem faciant. Neque vero probabile esse, res adeo illustres, et ambitione plenas non esse auditas; et si essent audita, non videri verosimile, eas memoratu dignas non fuisse existimatas, praesertim a fide dignissimis scriptorum. Deinde per quos Herculi et Baccho ad Indos transeundum erat, eos nullum certum signum habere, quo ostenderent, illos per eam terram transivisse, etc. Qui expeditionem Bacchi in Indiam solummodo Historicis Alexandri tribuunt, non plane errant. At quum Strabo l. l. praeter alia et locum Euripidis (in Bacch. V, 14-18.) in testimonium asserat, jam dudum apud Graecos de Bacchi expeditionibus in Orientem traditionem exstitisse; (Bacchus ibi gloriatur, se Medos, Persas, Bactrianos, Arabiam, universamque Asiam peragrasse) Macedonibus nihil

tribui posse videtur, quam eos aliquam fidem traditioni veteri addidisse. Grata vero fuit Alexandro ista de Baccho narratio, ut milites ejus, aemulatione quadam rerum a Baccho gestarum, longinquiorem cum eo militiam non detrectarent, ut patet ex lib. V. Exped. 2, 1. cf. De St. Croix Examen des anciens Historiens d'Alexandre - le - Grand pag. 90. Freinshem. ad Curt. VIII, 10, 11. et Diod. II, 38. cum notis P. Wesselingii. De monumentis Bacchi apud Indos vide c. 5, 9. seqq. et de muneribus ejus in Indos c. 7, 5. seqq.

8. Massaca vel Massaga, ut scribitur in Expeditione, (Masoga apud Strab., Mazagae apud Curtium,) non sine magno Macedonum labore expugnabantur. Peucela conditione subacta sunt. In Exped. IV, 28, 10. urbs illa minus recte Peucelaotis nominatur, et apud Strabonem Peucolaetis, quae terminatio non urbium, sed regionum esse solet. Reliquae urbes hujus regionis, quae in Expeditione nominantur, sunt Bazira (unde hodiernum nomen Bishore natum videtur), Ora, Embolima, Orobatis, Dyrta et Aornus, petra.

II. Τα δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ ἰ  
ὡς ἔω, τοῦτό μοι ἔσω ἢ τῶν  
Ἰνδῶν γῆ, καὶ Ἰνδοὶ οὗτοι  
ἔσωσαν. Ὅροι δὲ τῆς Ἰνδῶν  
γῆς, πρὸς μὲν βορέου ἀνέμου  
ὁ Ταῦρος τὸ ὄρος. Καλέεται 2  
δὲ ἔ Ταῦρος ἔτι ἐν τῇ γῆ

II. Quae vero regio ab  
Indo orientem versus est,  
eam ego Indiam appello,  
quique eas partes incolunt,  
Indos. Terminatur autem  
India à septentrione, Tau-  
ro monte: qui quidem non  
amplius in eâ regione no-

NOTAE CRITICAE AD CAP. II.

1. ὡς ἔω — ex Opt. pro vulgato πρὸς ἔω. Plenum est ὡς ἐπὶ, ex. c. ὡς ἐπὶ τὸν Αἴμον Exped. I, 2, 1. 6, 16. etc. vel ὡς πρὸς, ex. c. ὡς πρὸς τὴν Θάλασσαν, Exped. II, 9, 1. 4. VII, 11, 6. etc. Interdum vero praepositio omittitur; ut: ὡς Ἀλέξανδρον I, 4, 9. ὡς Ταξίλην IV, 22, 9.
2. καλέεται δὲ ὁ Ταῦρος ἔτι — Si Taurus retineret in ea regione nomen istud, profus abundaret hoc monitum, Taurum ibi adhuc Taurum vocari. Sed statim addit auctor, ἴmontem ab incolis vel Paropamisum vel Emodum

ταύτη· ἀλλ' ἄρχεται μὲν ὁ Ταῦρος ἀπὸ θαλάσσης τῆς κατὰ Παμφύλους τε καὶ Λυκίην καὶ Κίλικας· παρατείνει τε ἔστε τὴν πρὸς ἕω θάλασσαν, τέμνων τὴν Ἀσίην πᾶσαν· ἄλλη δὲ ἄλλο καλεῖται 3 τὸ ὄρος, τῇ μὲν Παραπαμισσός, τῇ δὲ Ἡμωδός· ἄλλη δὲ Ἴμαος κληῖται· καὶ τυχὸν ἄλλα καὶ ἄλλα ἔχει οὐνόματα· Μακεδόνες δὲ οἱ 4 ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες Καύκασον αὐτὸ ἐκάλεον· ἄλλον τοῦτον Καύκασον, οὐ τὸν Σκυθικόν· ὡς καὶ τὰ ἐπέκεινα τοῦ Καυκάσου λόγον κατέχειν ὅτι ἦλθεν Ἀλέξαν-

men hoc retinet. Incipit vero Taurus a mari circa Pamphyliam et Lyciam ac Ciliciam, tenditque perpetuo dorso ad orientalem oceanum, totam Asiam interfecans. Alibi vero aliam appellationem accipit hic mons. Quibusdam enim in locis Parapamisus, aliis Emodus, aliis Imaus dicitur. Fieri autem potest, ut alias atque alias appellationes habeat. Macedones vero, qui cum Alexandro militarunt, Caucasum eum vocarunt, diversum ab eo qui in Scythiâ est: ut fama obtineret, Alexandrum etiam Caucasum transcen-

dum vel Imaum, et a Macedonibus Caucasum vocatum esse. Unde locum laborare patet. Emendo: καλεῖται δὲ ὁ Ταῦρος ἔτι. Editiones et Codices in vulgato consentiunt. Probatur haec conjectura etiam ex Exped. V, 6, 4. Geographi vero interdum montem univrsum, qui mediam Asiam transit, Taurum vocant, at ea re dicere nolunt, montem id nomen apud omnes gentes retinuisse.

3. ἄλλη δὲ Ἡμαον — Corruptum esse hoc nomen jam vidit Blancardus ex Strabone et Plinio, qui saepe habent Ἴμαος, *Imaus*. Vitium natum censet ex confusione notarum F et I. Priorem enim adspirationis vice apud veteres usurpatam esse. At certissima res est ex c. 6, 4., ubi pro vulgato τὸ Ἴμαον ὄρος Gronovius ex Optimo recepit τὸ ἱμαϊκὸν ὄρος. Emendo igitur ἄλλη δὲ Ἴμαος etc. Veneta et Basileensis scribunt Ἡμωδός et Ἡμαον, et superius ἄλλο δὲ ἄλλη.

4. τὰ ἐπέκεινα — Veneta et Basil. τὸν ἐπέκεινα.

δρος. Τὰ πρὸς ἐσπέρην δὲ τῆς 5  
 Ἰνδῶν γῆς ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδὸς  
 ἀπείργει, ἔστε ἐπὶ τὴν με-  
 γάλην θάλασσαν, ἵνα περ αὐ-  
 τὸς κατὰ δύο σόματα ἐκδιδοῖ,  
 οὐ συνεχέα ἀλλήλοισι τὰ σό-  
 ματα, κατὰ περ τὰ πέντε 6  
 τοῦ Ἰσρου ἐςὶ συνεχέα· ἀλλ'  
 ὡς τὰ τοῦ Νείλου, ὑπὸ τῶν  
 Δέλτα ποιεῖται τὸ Αἰγύ-  
 πτιον· ὡδὲ τι καὶ τῆς Ἰνδῶν  
 γῆς Δέλτα ποιεῖ ὁ Ἰνδὸς πο-  
 ταμὸς, οὐ μείου τοῦ Αἰγυ-  
 πτίου· καὶ τοῦτο Πάτταλα  
 τῇ Ἰνδῶν γλώσῃ καλεῖται.  
 Τὸ δὲ πρὸς νότου τε ἀνέμου 7  
 καὶ μεσημβρίας, αὐτὴ ἢ με-  
 γάλῃ θάλασσᾳ ἀπείργει τὴν  
 Ἰνδῶν γῆν, καὶ τὰ πρὸς ἔω  
 αὐτὴ ἢ θάλασσᾳ ἀπείργει.  
 Τὰ μὲν πρὸς μεσημβρίας, 8  
 κατὰ Πάτταλά τε καὶ τοῦ  
 Ἰνδοῦ τὰς ἐκβολὰς, ὡφθη

diffe. Occidentem versus  
 Indiae terminus est Indus  
 amnis ad magnum oceanum  
 usque, ubi ipse per duo  
 ostia in eum fertur, neque  
 ea quidem inter se propin-  
 qua, quemadmodum quin-  
 que Istri ostia; sed sicut  
 ista Nili, a quibus Delta  
 Aegyptium efficitur: hoc  
 pacto etiam Indus amnis  
 partem Indiae Delta facit,  
 neque id minus Aegyptio,  
 quod quidem Indorum lin-  
 guâ Pattala vocatur. Qua  
 vero ad austrum et meri-  
 diem vergit India, ipso  
 magno oceano clauditur:  
 orientales etiam ejus par-  
 tes idem oceanus terminat.  
 Quae Indiae partes meri-  
 diem versus jacent circa Pat-  
 tala Indique fluminis ostia,  
 ab Alexandro et Macedoni-  
 bus ac multis Graecis per-  
 lustrata sunt: partes autem

7. Vulgo legitur: καὶ αὐτὴ ἢ μεγάλη θάλασσα ἀπείργει etc. Copulam vero, huic loco prorsus non convenientem, etiam deficientem in Basil. et Veneta, denuo abjeci.

8. Vulgata habet: τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίην καὶ τὰ Πάτταλά τε καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὰς ἐκβολὰς etc. Sed primo ex omnibus MStis, et editione Veneta ac Basileensi scribo πρὸς μεσημβρίας. Sequitur quidem: τὰ δὲ πρὸς ἔω. Sed hoc genus variationis amare Arrianum, interdum ad Expedit. notatum est. Deinde si vulgatam sequereris, diceret Arrianus, Alexandrum cum exercitu Indiae id latus, quod est versus meridiem, vidisse, (cogita-  
 batur

πρὸς τε Ἀλεξάνδρου καὶ Μα-  
κεδόνων καὶ πολλῶν Ἑλλή-  
νων· τὰ δὲ πρὸς ἔω Ἀλέξαν-  
δρος μὲν οὐκ ἐπῆλθε, τὰδε  
πρὸσω ποταμοῦ Ἰφάσιος.  
Ἵλιγοι δὲ ἀνέγραψαν τὰ μέ- 9  
χρι ποταμοῦ Γάγγεω, καὶ  
ἓνα τοῦ Γάγγεω αἱ ἐμβολαί,  
καὶ πόλις Παλίμβοθρα μεγί-  
ση Ἰνδῶν πρὸς τῷ Γάγγη.

versus Orientem non adit  
Alexander, eas videlicet,  
quae sunt ultra Hyphasin  
amnem. Pauci vero scripse-  
runt de iis. quae usque ad  
Gangem sunt; aut ubi Gan-  
gis ostia, maximaque ad  
Gangem Indorum urbs Pa-  
limbothra.

batur enim India quadrangula, ad modum maxime  
rhombi) et praeterea Pattala ac Indi ostia, ex qui-  
bus vero ultimum solummodo verum est. Meridiem  
versus nihil vidit Alexander nisi Pattala et Indi ostia.  
Unde ex conjectura mea emendo: κατὰ Πάτταλά τε  
καὶ etc., quod non magis veritati quam graeco ser-  
moni convenit.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. II.

*Arg. Fines Indiae. Eam Indiam, quae occidentem ver-  
git, Alexander et multi cum eo viderunt. De India  
orientem versus pauci scripserunt.*

1. Asiae universae par-  
tes Arriano hae sunt: Asiam  
ab occidente, orientem ver-  
sus difsecat Taurus et Cau-  
casus indicus in duas partes,  
quarum altera septemtrio-  
nem, altera meridiem spe-  
ctat. Secundam si iterum  
scindis in quatuor partes,  
maxima harum est India,  
inter Indum, Caucasum et  
oceanum orientalem; mini-  
ma inter Euphratem et ma-  
re mediterraneum; reliquae  
duae inter Euphratem et In-

dum vix aequales sunt In-  
diae. Expedit. V, 6.

2. παρατείνει τε ἕτερε τὴν πρὸς  
ἔω θάλασσαν] De situ hujus  
montis haec dicit Arrianus  
in Exped. V, 5, 2. seqq.: Tau-  
rus dividit Asiam, incipiens  
a Mycale, monte e regione  
insulae Sami, dirimens Pam-  
phyliam et Ciliciam; inde  
transit in Armeniam; ex  
Armenia in Mediam, juxta  
Parthyaeos (et Chorafinos;  
in Bactriana committitur  
cum Paropamisso, quem Ma-  
cedo-

cedones Caucasum vocarunt, et hic Caucasus pertinet ad magnum mare, quod et orientem versus est et ultra Indos. Ibidem c. 6, 4. τὸ πρὸς βορρῶν ait, αὐτῆς (sc. Ἰνδῶν γῆς) ἀπειργεῖν τὸν Καύκασον τὸ ὄρος ἔστ' ἐπὶ τῷ Ταύρῳ τὴν ζυμβολήν. Oceanus vero orientalis, quem hic nominat auctor, non convenit sinui bengalico, sed putarunt veterum multi, Oceanum Indicum Gange recepto septentrionem versus pergere, adeoque cohaerere cum mari Caspio. cf. not. ad Arrian. Exped. V, 5, 4. et VII, 16, 1. Ceterum, quia hic prima stadiorum mentio facta, et Arrianus ac Nearchus omnia stadiis metiuntur, semel moneo, stadium Arriani in India ad 51 *toises* aestimandum esse. Quamvis apud Graecos tam parvum stadium nunquam in usu fuisse constet, ex comparatione tamen intervallorum ac distantiae illarum regionum, quas recentiores dedere, cum numero stadiorum, quem dedit Arrianus, tot circiter *toises* in India stadium Arriani continuiffe liquet. Cujus interest, plura de hac re legere, eum relego ad Viros doctissimos W. Vincent in libro: the Voyage of Nearchus etc. pag. 46-56. et de St. Croix: Examen etc. pag. 101. seqq. atque ad auctores, quos hi laudant, praecipue d'An-

ville, qui primus hoc genus stadiorum, Arriano propriorum, invenit. De stadiis vero in mediterraneis Asiae aliter sentio. cf. Expedit. p. 198.

3. ἄλλη δὲ ἄλλο] nempe in India cf. c. 6, 4. Commune nomen, quod Macedones huic monti dabant, est Caucasus; cujus partem occidentalem, quam Alexander transibat, incolae Paropamisum vocabant; partem mediam Emodum, orientalem Imaum. Plinio teste VI, 17., Imaus, incolarum lingua, *nivosum* significat. In lingua Sanskrit vocari videtur *Himmaleh*, i. e. nivosus. cf. Mannert Tom. V. p. 134. In Paropamiso nihil praeter terebinthum nascabatur et silphium; nihilominus multos homines albat et greges. Arr. Expedit. III, 28, 10.

ἄλλα καὶ ἄλλα] plurima recenset Plin. lib. V. c. 27. „Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Paropamisus, Circius, Chambades, Phaphariades, Choatras, Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus. Atque ubi se quoque exuperat, Caucasus; ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon, Coracesius, Cragus, iterumque Taurus.„ *Raph.*

4. De eodem Macedonum figmento vel errore loquitur noster Expedit. V, 5, 3. et 3, 3. „Eratosthenem Cyre-



Cyrenaeum dixisse ait, Macedones in Paropamisso speluncam conspicatos et fabula quadam ab incolis audita vel ab ipfismet conficta, Promethei id antrum fuisse, ubi religatus fuerit, sparsisse; eo venisse aquilam ad Promethei viscera depascenda; eo Herculem, qui aquila occisa Promethei vincula solverit; Macedones vero, a Ponto Euxino nomen Caucasum in Orientem transferentes, Paropamisum vocasse Caucasum, gloriae Alexandri causa, quasi et Caucasum superasset Alexander. Id est: quasi et longius Orientem versus progressus esset, quam Hercules. Eadem de Promethei antro repetuntur in hujus libri c. 5, 10. et apud alios, quos laudat Freinshem. ad Curt. VII, 3, 19. Caucasus Scythicus situs est inter Pontum Euxinum et mare Caspium. Antiquissimi Graecorum, qui fabulam de Prometheo narant, antrum ejus in remotissimo, quem noverunt, monte collocarunt, in Caucaso vero. Verum cultiori reddito Geographiae studio, is Caucasus nimis videbatur propinquus, nec respondebat longinquitati, quam mirari solebant. Unde Promethei antrum in Caucaso alio quaerebant, longius Orientem versus remoto; nec mirum est, si Macedones eum Caucasum in Paropamisso inve-

nisse credebant, praecipue, quum is Caucasus a Scythis Graucus vocaretur, hoc est, nive candidus, ut tradit Plinius VI, 17.

5. κατά δύο σώματα] Duo Indi ostia novit Arrianus etiam in Expeditione V, 4, 3. „duo ostia habet, utraque palustria, sicut quinque ostia Nili.“ Et VI, 18, 4.: „apud locum Pattala scinditur Indus in duos fluvios, quorum uterque Indi appellationem servat.“ Totidem numerat Strabo XV. p. 475. et aliis locis. Per utrumque Alexander in Oceanum navigabat, Iter per dextrum descripsit Arrianus VI, 18, 5 - 19, 12. per sinistrum 20, 2 - 8. Ptolemaeus numerat VII ostia. Auctor peripli maris Erythraei de septem quidem Indi ostiis loquitur, sed duo tantum asserit navium esse patientia. Reliqua non esse satis profunda, vel luto a flumine delato obstructa. Rennelii mappa geographica multo plura offert. Eiusdem quoque mappa prior non parum differt a posteriori; tres mappae Dalrympelii differunt a duobus Rennelii et a se invicem; et Hamilton solus narrat, ab accolis Indi septem modo Indi ostia numerari, quamvis essent multo plura. Plurima naves non possunt intrare. Nostris temporibus paucissima de istis regionibus certa sunt. cf. Mannert. Tom. V.

p. 137. et praecipue Vincent p. 27.

6. ἢ μείον τῆς Αἰγυπτίας]

De Insulae Pattalorum magnitudine alii alia tradidere. Arrianus Delta Indi majus esse dicit Aegyptio, VI, 17, 4. Idem cum Nearcho, ostia Indi distare 1800 stadia; Aristobulus 1000; Plinius (VI, 21.) Pattala triquetra figura esse dicit, CCXX M pass. latitudine, i. e. circiter 1760 stadiorum. Onesicritus quodque Pattalorum latus II M stadiorum esse dicit, et Delta Indicum Aegyptiaco aequale. cf. Arr. VI, 20, 3. Strabo XV. p. 482. At Delta Nili Strabo l. l. 1300 stadiorum basin habere, et utrumque latus minus esse dicit, unde Delta Nili majus esse Delta indico colligeretur. Plin. V, 9. ferme consentit cum Strabone, basin referens ad CLXX M pass. i. e. 1360 stadia; et ab unitate alvei, unde se primum findit in latera, ad Canopicum ostium numerans CXLVI M. i. e. 1168 stad., et ad Pelusiacum CCLVI M. pass. i. e. 2048 stadia. Herodotum (II, 15.) si sequimur, Delta Nili 40 schoenos, i. e. 2400 stadia longum est. Longitudinem laterum non adjecit, at a mari ad Heliopolin (II, 7.) numerat 1500 stadia. Ex his omnibus patet, veteribus Delta Nili non im-

merito minus visum, quam Indi; at certi quid de utriusque insulae magnitudine dici non potest, quia illius regionis Indicae conditio nobis parum comperta est. Arriani tamen numerus verosimillimus videtur, et forte solus est, qui mentione aliqua, Alexandro jubente facta, inveniebatur. Quanta a praecipuis recentiorum tradatur distantia ostiorum Indi, vide apud Vincent. p. 143. sqq. Quarum vero nulla observationibus astronomicis nititur. Latera trianguli solus Rennelius certius emensus est. Latus occidentale aestimatur ab eo ad 68 milliaria geographica, orientale ad 80. Ibid. p. 144.

Πάτταλα] Haec vox significat in lingua Shanskreet vel tartarum vel locum inferiorem. Verosimile igitur est, regionem circa Indum inferiorem ab situ hoc nomen accepisse. Vinc. pag. 142.

7. Eosdem Indiae fines descripsit Arrianus in Exped. V, 6, 4. Eratosthenem secutus. Vide Strab. XV. pag. 474.

9. Etiam Strabo XV. p. 472. de sui temporis navigatoribus dicit, paucos ad Gangem usque navigare, eosque homines rudes atque ad historiam locorum scribendam ineptos.

III. Ἐμοὶ δὲ Ἐρατοσθένης ἰ  
 ὁ Κυρηναῖος πιστότερος ἄλλου  
 ἔσω, ὅτι τῆς περιόδου πέρι  
 ἔμελεν Ἐρατοσθένης. Οὗτος ἂ  
 ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Ταύρου,  
 ἵνα τοῦ Ἰνδοῦ αἱ πηγαί, παρ'  
 αὐτὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἰόντι  
 ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασ-  
 σαν, καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὰς ἐκ-  
 βολάς, μυρίουσ σαδίους καὶ  
 τρισχιλίους τὴν πλευρὴν λέγει  
 ἐπέχειν τῆς γῆς τῆς Ἰνδῶν.  
 Ταυτησί δὲ ἀντίπορον πλευ- 3  
 ρὴν ποιεῖ τὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ  
 ὄρους παρὰ τὴν ἐὼν θάλασ-  
 σαν, οὐκέτι ταύτῃ τῇ πλευ-  
 ρῇ ἴσην· ἀλλὰ ἄκρην γὰρ ἀνέ-  
 χειν ἐπὶ μέγα εἶσω εἰς τὸ  
 πέλαγος, ἔς τρισχιλίους σα-  
 δίους μάλισα ἀνατείνουσιν τὴν  
 ἄκρην· εἴη ἂν ὧν αὐτῶ ἡ  
 πλευρὴ τῆς Ἰνδῶν γῆς πρὸς  
 ἔω, μυρίουσ καὶ ἑξακισχιλίους  
 σαδίους ἐπέχουσα· τοῦτο μὲν  
 αὐτῶ πλάτος τῆς Ἰνδῶν γῆς  
 συμβαίνει. Μῆκος δὲ τὸ ἀφ' 4  
 ἐσπέρης ἐπὶ ἔω, ἔστε μὲν ἐπὶ  
 πόλιν Παλίμβοθρα, μεμετρη-  
 μένον σχοίνοισι λέγει ἀναγρά-

III. Mibi Eratosthenes  
 Cyrenaeus majore fide di-  
 gnus esto, quoniam illi  
 geographia curae erat. Is  
 a monte Tauro, ubi Indi  
 fontes sunt, fecus Indum  
 amnem usque ad magnum  
 oceanum et Indi ostia, In-  
 diae latus stadia XIII M  
 continere ait. Latus vero  
 huic oppositum statuit ab  
 eodem monte praeter mare  
 orientale, non amplius huic  
 lateri aequale: sed longo  
 tractu promontorium circi-  
 ter ad IIII M stadiorum in  
 mare protendi: ut igitur  
 ei aestimetur hoc Indiae  
 latus orientale obtinere  
 XVI M stadiorum. Atque  
 haec quidem est illi Indiae  
 latitudo. Longitudinem ve-  
 ro ab occidente in orien-  
 tem usque ad urbem Palim-  
 bothra, dicit schoenis di-  
 mensam se scribere, (esse  
 enim viam regiam) eamque  
 esse stadiorum X M. Ulte-  
 riora non amplius similiter

NOTAE CRITICAE AD CAP. III.

1. τῆς περιόδου πέρι — Legendum suspicor γῆς περιόδου πέρι, ut habent Aelianus et Aristoteles.

Φειν (καὶ εἶναι γὰρ ὁδὸν βασι-  
 λήην) τοῦτο ἐπέχειν ἐς μυ-  
 ρίους σαδίους· τὰ δὲ ἐπέκεινα  
 οὐκέτι ὡσαύτως ἀτρεκέα. Φή- 5  
 μας δὲ ὄσοι ἀνέγραψαν, ξὺν  
 τῇ ἀκρῇ τῇ ἀνεχούσῃ ἐς τὸ  
 πέλαγος, ἐς μυρίους σαδίους  
 μάλις ἐπέχειν λέγουσιν· εἶ-  
 ναι δὲ ἄνω τὸ μῆκος τῆς Ἰν-  
 δῶν γῆς, σαδίων μάλις δις-  
 μυρίων. Κτησίης δὲ ὁ Κνίδιος 6  
 τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ  
 Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων, ἔ-  
 δὲ Ὀνησίκριτος τρίτην μοῖραν  
 τῆς πάσης (Ἀσίας)· Νέαρ-  
 χος δὲ μηνῶν τεττάρων ὁδὸν  
 τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου τῆς  
 Ἰνδῶν γῆς. Μεγασθένης δὲ, 7  
 certa esse. Quotquot vero  
 famam (rumores) in scri-  
 bendo secuti sunt, cum  
 promontorio in mare por-  
 recto, (Indiam) circiter  
 x m stadiorum continere  
 dicunt: superius, esse lon-  
 gitudinem stadiorum circi-  
 ter xx m. Ctesias Cnidius  
 Indiam reliquae Asiae aequa-  
 lem esse magnitudine affir-  
 mat: sed errat, sicut etiam  
 Onesicritus, qui eam ter-  
 tiam partem terrarum esse  
 perhibet. Nearchus qua-  
 tuor mensium iter per ipsum  
 campum Indiae esse dicit.

6. Vulgata, inde a Vulcanio, est: Ὁ δὲ Ὀνησίκριτος τρίτην μοῖραν τῆς πάσης Ἀσίας. MSti, Veneta et Basil. legunt: Οὐδὲ Ὀνησίκριτος, quod restitui; supple: λέγει τι, τὴν Ἰνδῶν γῆν εἶναι λέγων etc. Deinde vitium haeret in verbis τῆς πάσης Ἀσίας. Strabo lib. XV. pag. 474. (de quo loco jam monuerunt Casaubonus et Blancardus) simillima cum nostro, interdum adeo iisdem verbis scribens, de Onesicrito tradit, eum Indiam putasse τὸ τρίτον μέρος τῆς οἰκωμένης. Si omnia sana, vel Strabo vel Arrianus erravit. Sed puto Arrianum scripsisse τῆς πάσης sc. γῆς vel οἰκωμένης. Librarius vero intellexit et adscripsit Ἀσίας, quae vox deinde in textum recepta. Simillimus error erat in Exped. VII, 1, 2., ubi necessario pro τῆς πάσης Ἀσίας legendum est τῆς πάσης sc. οἰκωμένης. Plinius VI, 17. (quem Casaubonus allegat) rem confirmare videtur, scribens: „Alexandri Magni comites scripserunt, Indiam tertiam partem esse terrarum omnium.“

τὸ ἀπὸ ἀνατολῶν ἐς ἐσπέρην πλάτος ἐστὶ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ὅ,τι περ οἱ ἄλλοι μῆκος ποιεῖουσι· καὶ λέγει Μεγασθένης, μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων εἶναι, ἵνα περ τὸ βραχυτάτον αὐτοῦ. Τὸ δὲ ἀπὸ ἀρκτου πρὸς μεσημβρίην, τοῦτο δὲ αὐτῷ μῆκος γίνεταί, καὶ ἐπέχει τριηκοσίους καὶ δισχιλίους καὶ δισμυρίους, ἵνα περ τὸ στενώτατον αὐτοῦ. Ποταμοὶ δὲ τοσοῦδε εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδῶν γῆ, ὅσοι οὐδὲ ἐν τῇ πάσῃ Ἀσίῃ· μέγιστοι μὲν, ὁ Γάγγης τε καὶ ὁ Ἰνδός, ὅτου καὶ ἡ γῆ ἐπώνυμος· ἄμφο, τοῦ τε Νείλου τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τοῦ Ἰστροῦ τοῦ Σκυθικοῦ, καὶ εἰ ἐς ταυτὸ συνελθοὶ αὐτοῖσι τὸ ὕδωρ, μέζονες· δοκέειν δὲ ἕμοιγε, καὶ ὁ Ἀκεσίνης μέζων ἐστὶ τοῦ τε Ἰστροῦ καὶ τοῦ Νεί-

te in occidentem latitudinem Indiae esse vult, quam alii longitudinem faciunt, eamque Megasthenes autor est, ubi brevissimum ejus spatium est, xvi m stadiorum continere. A septentrione autem versus meridiem, ea illi quidem est longitudo, et extenditur ad xxii m et ccc stadia, ubi angustissima est. Flumina sunt in India tantae magnitudinis, quantae nullum est in universa (reliqua) Asia; maxima sunt Ganges, et Indus, à quo et regio nomen accepit: uterque et Nilo Aegyptio et Istro Scythico, etiam si in unum alveum confluerent, major est: at mea sententia vel Acesines Ni-

8. τῆτο δὲ αὐτῷ μῆκος γίνεταί — Includa erant haec verba ab aliis (Blancardo et Gronovio) parenthesi, quam ego non veritus sum delere, postulante ita particula καὶ, qua verba γίνεταί et ἐπέχει conjunguntur. Neque est, quod quenquam offendat repetitum illud δὲ, cum id familiare sit scriptori nostro. Ita infra 29, 9. τὰ δὲ ἐν τῆσι σιαγόνι, ταῦτα δὲ εἶναι τὰ θύρετρα. Et 36, 6. τὰ δὲ εὐπετέα τε καὶ κλέους ἤδη ἐτοίμω ἐχόμενα, ταῦτα δὲ ἀφαιρεθέντα. Dissert. Epict. I, c. 14. ὁ δὲ καὶ τὸν ἥλιον αὐτὸν πεποιηκώς καὶ περιάγων, μέρος ὄντ' αὐτῆ μικρὸν ὡς πρὸς τὸ ὅλον, ἔτος δ' ἂ δύναται πάντων αἰσθάνεσθαι; Raph.

Arrian. Hist. Ind.

B



λου, ἵνα περ παραλαβὼν ἅμα τὸν τε Ὑδάσπεα καὶ τὸν Ὑδραώτεια καὶ τὸν Ὑφασιν, ἐμβάλλει ἐς τὸν Ἰνδόν, ὡς καὶ τριάκοντα αὐτῷ σάδια τὸ πλάτος ταύτῃ εἶναι· καὶ τυχόν, καὶ ἄλλοι πολλοὶ μέζονες ποταμοὶ ἐν τῇ Ἰνδῶν γῆ ῥέουσιν.

lum et Istrum magnitudine superat, ubi Hydaspes, Hydraote et Hyphasi in suum alveum receptis, in Indum fertur tantus, ut ejus latitudo ibi triginta stadia efficiat. Fortassis autem etiam alia multa majora flumina Indiam secant.

### ANIMADVERSIONES AD CAP. III.

*Arg. Aliae aliorum de Indiae magnitudine sententiae. De fluviorum indicorum copia et magnitudine.*

1. τῆς περιόδου πέρι] Aelian. Var. Hist. l. III. c. 28. πινάκιον ἔχον γῆς περίουον, *tabula geographica*. Aristot. Rhet. I, 4, 28. πρὸς μὲν τὴν νομοθεσίαν αἱ τῆς γῆς περίουοι χρήσιμοι, *ad leges ferendas utiles sunt libri, quibus terrarum situs ac descriptiones continentur*. Ad quem locum Schraderus in Commentario plura hujus significatus exempla ex Aristotele collegit. *Raph.* De Eratosthene Cyrenaeo vide Prolegomena ad editionem Expeditionis Alexandri. Pertinuisse videtur hic locus ad Eratosthenis librum: Μετρήσεις inscriptum.

2. ἵνα τῷ Ἰνδῷ αἱ πηγαί] Credidere veteres, Indi fontem esse in Paropamisso, eumque statim a principio magnum. Arr. Exped. V, 6, II. 4, I. Sed magnitudo Indi, jam in ea regione,

ubi Alexander eum transibat, (cf. Exped. V, 7. 8.) ex locis longe remotioribus eum venire probat. Fontes ejus nec hodie constant, ne Indis quidem. cf. Mannert Tom. V. p. 70. Vox ἴοντι est pleonasmus Arriano solennis. Vide not. ad Exped. I, 1, 9.

3. ἄκρην] Audiverat Eratosthenes de peninsula cis Gangem. Effigiem probabilem Indiae ad mentem Eratosthenis excudi fecit Mannertus ad Tom. V.

4. De urbe Palimbothra vide c. 10, 5.

σχοίνοισι] Schoenus fuit mensurae genus in metienda terra apud Aegyptios, quale apud Persas parasangae, apud Graecos stadium, apud Romanos lapis, apud nos milliare. Capiebat autem schoenus, auctore quidem

dem Herodoto lib. II., sexaginta stadia. Plinius vero de his ipsis schoenis, quibus Eratosthenes usus est, scribit ita lib. XII, 14. *Schoenus patet, Eratosthenis ratione, stadia XL, hoc est, passuum quinque millia; aliqui XXXII singulis schoenis dedere.* Vid. Steph. Thes. Raph. Strabo l. XV. p. 474. longe accuratius quam Arrianus Eratosthenem excerpfit. Videmus ex eo, Eratostheni Indiae figuram rhombo similem visam, eumque a Caucafo usque ad Indi ostia numerasse 13,000 stadia; ab eodem monte et Gange juxta mare orientale usque ad promontorium australe 16,000; ab latere occidentali usque ad latus orientale 16,000, (nempe ad Palibothra usque 10,000 et inde ad Ostia Gangis 6000.) (Patrocles huic lateri tribuebat modo 15,000 stadia.) Denique ab ostiis Indi usque ad promontorium australe, cujus incolae Conaci vocantur, 19,000. Negligentior Arriano Plinius VI, 17. Eratosthene usus esse videtur, ubi et aliorum de Indiae magnitudine opiniones vide. Debuerat vero Arrianus adscribere adhuc longitudinem ab Indi ostiis ad promontorium australe, et a Palibothris ad Gangis ostia. Τα επέκλινα intelligendum est de spatio a Palibothris ad Gangis ostia. De via regia

vide Mannertum pag. 96. seqq.

5. *ἐπέχειν λέγεισιν*] sc. τὴν Ἰνδῶν γῆν. Dederunt vero longitudinem Indiae mediae, non lateris unius. Omnino videntur hi, bene quidem distinguendi ab Eratosthene, summam et latitudinem et longitudinem Indiae describere voluisse. Addendi sunt his Megasthenes et Deimachus, qui ab oceano australi ad Caucasum 20,000 stadia numerant, et Deimachus quidem adeo supra 30,000 quibusdam in locis. Strabo lib. XV. p. 474. Addendus Diod. lib. II, 35., qui ab occasu orientem versus 28000, a septentrionibus versus meridiem 32000 stadiorum numerat. Hunc Arriani locum minus recte intellexit Mannertus Tom. V. p. 82. in nota.

ἀνω] superius, a mari remotius. Indicatur mediterranea longitudo. Raph.

6. *ἔδεν λέγων*] Hoc solebant de iis usurpare, qui falsa, aut quae nihil ad rem essent, loquerentur. Aristophanes Vespis παῦε, παῦ, ἔδεν λέγεις, et alibi saepe, et in Platone passim. Vide Casauboni Comment. in Theophr. Charact. c. 8. Sic ipse Arrianus differt. Epict. lib. III, 2. pag. 276. med. *ἔδεν εἰρηκως*, non recte dicis, *erras*, non est ita, ut dicis. Raph.

δι' αὐτῶν τῶν πεδίων] Nearchi sententia est, quatuor mensuram viam esse, quae ducit per solum campum regionis Indorum, ut majorem esse velit isto spatio, et quidem in quantum montes illum campum finientes porriguntur ac patent. Id enim notat αὐτῶν. Gron. Ceterum nihil minus quam accurata haec Nearchi mensura est. Incertum est, utrum velit ab occidente orientem versus, an ab septentrione meridiem versus, an utrumque. Incertum est, utrum loquatur de India, quam transiit Alexander, an de omni India, ut quidem videtur ab Arriano et Strabone (XV, p. 474.) intellectus esse, qui de Nearchi, Ctesia, atque ut quidem puto de Onesicrito quoque eadem refert quae noster.

9. Vocem *τοσοῖδε* interpretor de magnitudine, non multitudine. Probatur hoc per ea quae sequuntur, atque etiam more Arriani, cui *τοσῶτος* est tam multus, *τοσοῖδε* tantus, ut jam notavi ad Exped. praef. not. crit. 5.

10. Liceat h. l. congerere, quae veteres de Indi magnitudine tradidere. De Gange et reliquis fluviis capite sequente sermo est. Ctesias Indum, ubi angustissimus est, 40 stadia, ubi latissimus 100 stadia latum esse dixit; maxima vero ex

parte mediam inter haec duo ejus latitudinem esse. Arr. Exped. V, 4, 5. Photius in principio Ecl. ex Ctesiae Indicis, summae eum Indi latitudini 200 stadia tribuisse auctor est. Arrianus in Exped. tribus locis de latitudine Indi, qualis sibi vera visa, loquitur. De Indo, antequam receperit Acesinon, loqui videtur, si dicit V, 20, 16.: Non multum a vero abhorreere videtur, si ripae Indi, ubi media sui mensura fertur, 40 stadia distare dicuntur, ubi vero angustissimus et ob angustiam profundissimus est, si 15 stadia ponuntur; atque si haec Indi latitudo plerisque in locis ponitur. At post receptum Acesinon non incredibile censet Arrianus, Indum 100 stadia latum esse, et latiore adhuc, ubi stagnat. (Exped. VI, 14, 11.) Denique Indum mari proximum, ubi latissimus est, ad CC stadia extendi, narrat VI, 18, 11. Idem dicit Onesicritus apud Strabonem XV, p. 482. Strabo ipse ibidem de latitudine Indi dicit, eos, qui plurimum tradidissent, eum ad C stadia, qui moderatiores, non supra L, qui minimum, ad VII modo stadia dilatari scripsisse. Plin. VI, 20. Indum, auctor est, quadam aquarum modestia nusquam latiore esse quinquaginta stadiis, aut altiore XV pass. — Ex horum nume-



numerorum differentia nimia veram Indi latitudinem veteribus certo compertam non fuisse videmus. Si uti velimus stadio, quod d'Anville fixit ad 51 toises, ad comparandos numeros Macedonum cum nostris miliaris, vel hoc daret ingentem numerum nec verum. Descripserunt Macedones latitudinem ejus temporis, quo per pluvias in montibus fluvii inundarent, et hanc quoque vero majorem. Sed ne nobis quidem vera Indi latitudo cognita est. Tiefenthaler et Ayeen-Akbari In-

dum inter Multan et Tatta comparative non latum quidem, sed profundissimum esse scribunt; et Forster eum prope Attok, quum coepissent jam pluviae  $\frac{3}{4}$  mill. angl. latum invenit, quod esset circiter VII stadia, et cum Strabone quadam ratione conveniret. cf. Vincent p. 107. seqq.

ἄλλοι πολλοὶ μίζονες] In mentem venit forte Arriano fluvius Dyardanes (ap. Curt. VIII, 9.) vel Oedanes (ap. Strab.) quem Mannertus pag. 95. nostrum Burrem-puter esse arbitratur.

IV. Ἀλλὰ οὐ μοι ἀτρεκέες, ἰ  
ὑπὲρ τῶν ἐπέκεινα Ἰφάσιος  
ποταμοῦ ἰσχυρίσασθαι, ὅτι  
οὐ πρόσω τοῦ Ἰφάσιος ἦλθεν  
Ἀλέξανδρος. Αὐτοῖν δὲ τοῖν 2  
μεγίστοι ποταμοῖν, τοῦ τε  
Γάγγεω καὶ τοῦ Ἰνδοῦ, τὸν  
Γάγγεα (μεγέθει) πολὺ τι  
ὑπερφέρειν Μεγασθένης ἀνέ-  
γραψεν, καὶ ὅσοι ἄλλοι μνή-  
μην τοῦ Γάγγεω ἔχουσιν· αὐ- 3  
τόν τε γὰρ μέγαν ἀνίσχεν ἐκ  
τῶν πηγέων, δέχεσθαι τε ἐς

IV. Sed ultra Hyphasin  
amnem nihil explorati ha-  
beo, quod affirmare pos-  
sim; quia ultra Hyphasin  
progressus non est Alexan-  
der. Ex his vero duobus  
maximis fluviiis Gange at-  
que Indo, Megasthenes  
Gangem Indo longe majo-  
rem esse scribit, et alii  
omnes qui Gangis mentio-  
nem faciunt. Nam et gran-  
dem jam inde ab ipsis fon-

NOTAE CRITICAE AD CAP. IV.

2. τὸν Γάγγεα μεγέθει — tertiam vocem Gronovius in Optimo codice non invenit; quapropter uncis eam inclusi.

αὐτὸν, τὸν τε Καϊνὰν ποταμὸν, καὶ τὸν Ἐρραννοβόαν, καὶ τὸν Κοσσόανον, πάντας πλωτούς· ἔτι δὲ Σῶνόν τε ποταμὸν, καὶ Σιττόκεσιν, καὶ Σολόματιν· καὶ τούτους πλωτούς. Ἐπὶ δὲ Κονδοχάτην τε, 4 καὶ Σάμβον, καὶ Μάγωνα, καὶ Ἀγόρανιν, καὶ Ὀμαλιν· ἐμβάλλουσι δὲ ἐς αὐτὸν Κομμενάσης τε μέγας ποταμὸς καὶ Κάκουθις καὶ Ἀνδώματις ἐξ ἔθνεος Ἰνδικοῦ τοῦ Μανδιαδινῶν ῥέων· καὶ ἐπὶ τού- 5 τοισιν, Ἀμυσις παρὰ πόλιν Καταδούπην, καὶ Ὀξύμαγισ ἐπὶ Παζάλαις καλουμένοισι, καὶ Ἐρρένυσις ἐν Μάθαις, ἔθνη Ἰνδικῶ, ξυμβάλλει τῷ Γάγγη. Τούτων λέγει Ms- 6 γασθένης οὐδένα εἶναι τοῦ Μαιάνδρου ἀποδέοντα, ἵνα περ νηυσίπορος ὁ Μαιάνδρος. Εἶναι 7 ὃν τὸ εὖρος τῷ Γάγγη, ἔνθα περ αὐτὸς ἐωῦτοῦ ζενώτατος, tibns oriri, atque in se recipere Cainam, Eranno-boam, Cossioanum, omnes navigabiles, deinde Sonum, Sittocestim, et Solomatim, et hos navigabiles. Post hos, Condochatem, Sambum, Magonem, Agoranim, et Omalim. Feruntur etiam in eum Commenafes grandis fluvius, et Cacuthis atque Andomatis ex Mandiadinis Indica gente fluens: ad haec, Amyftis juxta urbem Catadupam, et Oxymagis apud Pazalas, quos vocant, et Errhenyfis apud Mathas, Indiae gentem, in Gangem fluunt. Horum omnium fluviorum Megasthenes nullum Maeandro minorem, qua navigabilis Maeander est, esse asseverat. Vere autem patere Gangem, qua maxime

3. Σιττόκεσιν ex Opt. pro vulgato Σιττόκατιν.

4. Alii libri legunt Ἀγύρανιν et Κομμινάσης. Blanc.

5. Ἐρρένυσις — ex Opt. Vulgo Ἐρμένσης. MSS. duo habent Ἐρένεσις. Paulo superius legunt Veneta et Basil. ἐπὶ Παζάλαις.

6. ἀδένα εἶναι — Infinitivum necessarium, sed vulgo deficientem, ex omnibus MSis atque Ven. et Basil. restituit.

εἰς ἑκατὸν σταδίους· πολλαχῆ δὲ καὶ λιμνάζειν, ὡς μὴ ἄπο-  
 πτον εἶναι τὴν πέραν χώραν, ἵνα περ χθαμαλή τέ ἐστι, καὶ  
 οὐδαμῆ γηλόφοισιν ἀνεσηκῆται. Τῷ δὲ Ἰνδῷ ἐς ταυτὸν ἔρχε- 8  
 ται. Ὑδραῶτης μὲν ἐν Καμ-  
 βισθόλοις, παρειληφῶς τόν  
 τε Ὑφασιν ἐν Ἀσρῦβαις, καὶ  
 τὸν Σαράγγην ἐν Κηνέων, καὶ  
 τὸν Νεῦδρον ἐξ Ἀττακηνῶν,  
 ἐς Ἀκεσίην ἐμβάλλει. Ὑδά- 9  
 σπης δὲ ἐν Ὀξυδράκαις ἄγων  
 ἅμα οἱ τὸν Σίναρον, ἐν Ἀρί-  
 σπαις ἐς τὸν Ἀκεσίην ἐκδιδῶ  
 καὶ οὗτος. Ὁ δὲ Ἀκεσίης 10  
 ἐν Μαλλοῖς ξυμβάλλει τῷ Ἰν-  
 δῷ· καὶ Τούταπος δὲ μέγας  
 ποταμὸς ἐς τὸν Ἀκεσίην ἐκ-  
 angustus est, ad centum  
 stadia; multis vero in lo-  
 cis stagnare, ita ut ulterior  
 terra conspici non possit,  
 qua parte humilis est, nul-  
 losque colles habet. Indo  
 autem idem accidit. Hy-  
 draotes quidem in Cam-  
 bistholis: receptis in se et  
 Hyphasi in Astrybis, et Sa-  
 range ex Ceneis, et Neu-  
 dro ex Attacenis, in Ace-  
 finem fluit. Hydaspes vero  
 in Oxhydracis Sinarum in se  
 recipiens, in Arispis etiam  
 in Acefinem fertur. Ace-  
 fines apud Mallos cum Indo  
 committitur: etiam Tuta-  
 pus magnus fluvius in Ace-

8. ἐς ταυτὸν — Dialecto atticae hanc formam tribuunt, non ionicae. Sed quod praecipuum, ea non uti solet Arrianus. Emendarem ἐς ταυτό, ut invenitur c. 3, 9. 10, 8. V, 25, 6. nili alterum exemplum invenisse in Diff. Epict. I, 12.: ἐς ταυτὸν ἐκ ἔρχεται.

Ἀσρῦβαις — ex Opt. pro Ἀσρόβαις, sicut et mox Κηνέων pro Μηκέων. Primae editiones ἐκκηκέων. Eaedem cum omnibus MSS. mox habent ἐμβάλλασιν, quod ferri nequit. Suspectum vero est nomen Ἀττακηνῶν. Supra (c. I, 1.) diserte Arrianus dixit, Assacenos inter Indum et Cophenem habitare. Idem saepe confirmavit in Expeditione. Quo igitur modo iidem nunc ad Neudrum collocari possunt, inter quem et Indum saltem Hydaspes et Sinarus fluunt? Sunt igitur Attaceni vel tertia gens praeter Assacenos et Astacenos, vel librariis originem debent, vel erravit Arrianus sive hic, sive c. I, 1.

διδοῖ. Τούτων ὁ Ἀκεσίνης ἐμ-  
 πλησθεῖς, καὶ τῇ ἐπικλήσει  
 νικήσας αὐτὸς τῷ ἑωυτοῦ ἤδη  
 ὀνόματι ἐσβάλλει ἐς τὸν Ἰν-  
 δόν· Κωφὴν δὲ ἐν Πευκελαίῃ- 11  
 τιδι, ἅμα οἱ ἄγων Μάλαντόν  
 τε καὶ Σόασον, καὶ Γαῤῥοίαν,  
 ἐκδιδοῖ ἐς τὸν Ἰνδόν. Καθύ- 12  
 περθεν δὲ τουτέων, Πάρενος  
 καὶ Σάπαρνος, οὐ πολὺ διέ-  
 χοντες, ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν  
 Ἰνδόν. Σόανος δὲ, ἐκ τῆς  
 ὄρεινῆς τῆς Βησσαρέων, ἔρη-  
 μος ἄλλου ποταμοῦ, ἐκδιδοῖ  
 ἐς αὐτόν. Καὶ τουτέων τοὺς  
 πολλοὺς Μεγασθένης λέγει,  
 ὅτι πλωτοὶ εἰσιν. Οὐκουν 13  
 ἀπισίην χρῆ ἔχειν ὑπὲρ τε  
 τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω,  
 μηδὲ συμβλητοὺς εἶναι αὐτοῖσι  
 τὸν τε Ἴστρον καὶ τοῦ Νείλου  
 finem exit. Quibus amnibus  
 Acefines grandior factus,  
 suumque victor nomen re-  
 tinens, in Indum fertur. Co-  
 phen in Peucelaeetide, du-  
 cens secum Malantum, Soa-  
 stum, et Garrhoeam amnes,  
 Indo se miscet. Supra hos  
 Parenus et Sarnus, non  
 multum inter se distantes,  
 in Indum fluunt. Soanus  
 ex montanis Bessareensium  
 absque alterius fluvii socie-  
 tate in eundem se ingerit.  
 Horum quoque plerosque  
 Megasthenes navigabiles ef-  
 se affirmat. Non igitur in-  
 credible esse debet, Istrum  
 et Nilum ratione aquarum  
 cum Indo et Gange ne com-  
 parari quidem posse. Nam

10. νικήσας — ex Opt. pro ἐνικήσας.

11. Πευκελαίτιδι — In Exped. IV, 22, 9. scribitur Πευκε-  
 λαῶτις, IV, 28, 10. Πευκελεῶτις, in Periplo Arr. Προ-  
 κλαῖς, apud Ptolem. Ποκλαῖς, apud Strabonem p. 480.  
 Πευκαλαῖτις. In tanta differentia Optimum sequi ma-  
 lui, qui h. l. habet Πευκελαίτιδι. Ex eodem recepi  
 Μάλαντον pro Μαλάμαντον et Γαῤῥοίαν pro Γαροίαν.

12. Πάρενος pro Πτάρενος; Σόανος pro Σόαμος; Βησσαρέων pro  
 Σαβίσσα ῥέων, omnia ex Optimo Codice, quem in his  
 nominibus incertis prae omnibus reliquis me sequi  
 debere censui. De voce Σαβίσσα quod alii cogitarunt  
 vide apud Blancardum pag. 516. et Salmasium ad So-  
 linum pag. 1174.

τὸ ὕδωρ. Ἐς μέντοι τὸν Νεῖ- 14 in Nilum nullum flumen il-  
λον οὐδένα ποταμὸν ἐκδιδόντα labi scimus, sed ex ipso  
ἴσμεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ διώ- fossas per Aegyptum duci.  
ρυχας τετμημένας κατὰ τὴν Ister vero exiguus a fonti-  
χώρην τὴν Αἴγυπτίην. Ὁ δέ 15 bus oritur: et multos qui-  
γε Ἴστρος, ὀλίγος μὲν ἀνίσχει dem fluvios in se recipit,  
ἀπὸ τῶν πηγέων· δέχεται δὲ sed et multitudine Indicis  
πολλοὺς ποταμοὺς, ἀλλ' οὐ flumibus, qui in Indum  
τε πλήθει ἴσους τοῖς Ἰνδῶν et Gangem feruntur, non  
ποταμοῖσιν, οἱ ἐς τὸν Ἰνδὸν pares; et navigabiles modo  
καὶ τὸν Γάγγην ἐκδιδούσιν· perpaucos, ex quibus ipse  
πλωτοὺς δὲ δὴ καὶ κάρτα ὀλί- Enum vidi ac Saum. Atque  
γους, ὧν τοὺς μὲν αὐτὸς ἰδῶν Enus quidem in confinio  
οἶδα, τὸν Ἔνον τε, καὶ τὸν Noricorum et Rhaetorum  
Σάον. Ἔνος μὲν ἐν μεθορίῳ 16 Istro se immiscet: Saus au-  
τῆς Νορίκων καὶ Ραιτῶν γῆς tem, apud Paeonas. Locus  
μίγνυται τῷ Ἴστρο· ὁ δὲ Σάος, vero ubi haec flumina in-  
κατὰ Παίονας. Ὁ δὲ χῶρος, ter se committuntur, Tau-  
ἴναπερ συμβάλλουσιν οἱ πο- runus vocatur. Siquis vero  
ταμοὶ, Ταυροῦνος καλέεσται. et alium fluvium navigabi-  
"Ὅστις δὲ καὶ ἄλλον οἶδε ναυ- 17 lem fluentem in Istrum no-  
σίπορον τῶν ἐς τὸν Ἴστρον ἐκ- rit, multos tamen eos non  
διδόντων, ἀλλὰ οὐ πολλοὺς esse noyit.  
που οἶδε.

15. Vulgo legitur: ἔτε πλήθει ἔτε μεγέθει. Sed duae voces posteriores desunt in omnibus MStis et primis editis, quamobrem eas abjeci; ἔτε πλήθει est pro ἔ πλήθει τε, cujus locutionis exempla etiam in expeditione inveniuntur. Voculae τε vero respondet καὶ in verbis: πλωτῆς δὲ δὴ καὶ etc.

16. Παίονας — Videtur scribendum κατὰ Παύονας, quos sane intelligit, et si has appellationes saepe misceri videamus et quisque noverit. Gron.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. IV.

*Arg. De fluviis indicis. Comparatio Gangis et Indi cum Nilo et Istro.*

3. ἐκ τῶν πηγῶν] Strabo pag. 474. Gangem in Caucaſo oriri auctor eſt, et ſimulac in planitiem peruenit, ad orientem conuerſi, atque ibi uno oſtio in mare effundi. Plin. VI, 18.

„Hunc, ait, alii incertis fontibus, alii in ſcythicis montibus naſci dixerunt; influere in eum XIX amnes. Alii cum magno fragore iſtis ſtatim fontibus erumpere, dejectumque per ſcopuloſa et abrupta, ubi primum molles planities contingat, in quodam lacu hoſpitari; inde lenem fluere etc. Arrianus et Plinius, qui de magnis ejus fontibus loquuntur, de eo Gangis loco intelligendi videntur, quem Indi *os vaccae* vocant. Sed certum eſt, longe ſuperius ejus fontes quaerendos eſſe.

*Cainas* commemoratur etiam a Plinio, VI, 17. Nunc Can vocatur. Inſluit in Jomanem.

*Erannoboas*, (quod nomen et Plinius (VI, 18.) novit, ſed duplici r ſcripſit) ab Arriano (c. 10, 5.) magnitudine tertius vocatur fluviolorum indicorum. A Mannerto vero pro minore fluvio habetur, non procul a Patna, orientem verſus; a Robertſone pro Dſchumna vel Zemna, a Rennelio pro

Sono, minus recte, quia Sonus ipſe in Arriani catalogo ſequitur, et in Plinii cat. etiam ab Erannoboa diſtinguitur, quem hic quoque inter magna flumina numerat.

*Coffoanus*, idem forte, qui a Plinio (VI, 18.) Coſoagus ſcribitur, nunc Coſa, in regione Tibet ortus, in confiniis Behar et Bengaliae Gangi immittitur.

*Sonus*, commemoratus a Plinio VI, 18., nunc Saone, vel Son, non procul a Patna occidentem verſus in Gangem illabatur. Propter magnitudinem ab aliis pro Erannoboa habetur. Ptolemaeo vocatur Soa.

De *Sittoceſti* vel *Sittocati* et *Solomanti*, quia ſimilia nomina nunc non inveniuntur, nihil certi dici poteſt. Priorem Mannert fluvio Sind, alterum Fl. Sadi fortaiſſe conuenire putat.

4. *Condochates* nunc Gunduk, e regione urbis Patna in Gangem influens.

*Scmbus* fortaiſſe Sambul vel Tſchambul, qui in Jomanem effunditur.

*Magonem* Mannert pro Ramgonga habet.

*Agoranis* Rennelio eſt Gagra magnus, Mannerto, Gawrah.

*Oma-*

*Omalis*, ignotus, et a Man-  
nerto neglectus.

*Commenafes* Rennelio Ca-  
ramnassa, Mannerto Gagra.

*Cacuthis* fortasse Guinty.

*Andomatis*, ignotus sicut  
*Mandiadini*.

5. *Amystis*, fortasse Pat-  
terea, et *Catadupa* fortasse  
Hurdwar, ut putat Mann.  
pag. 93.

*Oxymagis*, fortasse Bog-  
mutty. *Pazalae* collocantur  
a Ptolemaeo inter Palim-  
bothra et eum locum Gan-  
gis, ubi meridiem et mare  
versus fluere incipit. Nomi-  
nantur etiam a Plinio in-  
ter Indiae gentes, sed Pas-  
salaе scripti. VI, 19.

*Errhenyfis* vel *Erineses*  
ignotus, sicut gens *Mathae*.  
His fluviis omnibus adden-  
dus est ex c. 8, 5. *Jobares*,  
vel, ut a Plinio VI, 17. vo-  
catur, Jomanes, permagnus,  
nunc Dschumma, et satis  
notus. Plinius et alii com-  
plura adhuc alia flumina  
nominant inter ea, quae in  
Gangem influant. Sed Me-  
gasthenes, quem in his se-  
quitur Arrianus, plura non  
novisse videtur. Caeterum  
et me tacente vides, hujus  
generis catalogum, sine ullo  
et de cursu et de confluen-  
tibus fluminum indicio dili-  
gentiori, fere nulli usui esse.  
Passim comparatione nomi-  
num recentiorum aliquid  
eruiamus, sed quantum hoc  
est! Noster 18 amnes (cum  
*Jobare*) Plinius (VI, 18.)

vero 19 numerat, qui in  
Gangem influant. Ex Plinio  
addendus forte est Arriano  
fluvius Prinas. Rennel p.  
233. Gangem ait inter mon-  
tes fluere per 800 mill. angl.  
et supra, atque (p. 257.)  
postquam in planitiem per-  
venerit, recipere XI fluvios,  
quorum nonnulli non mino-  
res sint Rheno, nullus mi-  
nor Tamesi; multis aliis mi-  
noris momenti non nume-  
ratis.

7. *αἰς ἑκατὸν σταδίαις*] Stra-  
bo, p. 483., alios, ait, alia  
de Gange referre. Alios  
minimam ejus latitudinem  
30 stadiorum dicere, alios  
trium; Megasthenem me-  
diam ejus latitudinem C sta-  
dia esse dicere, et mini-  
mam altitudinem 20 orgyia-  
rum. Modum omnem in  
describendo flumine excedit  
Aelian. Hist. Animal. X, 41.  
Plin. VI, 18. lenem dicit  
fluere, ubi minimum, VIII  
mill. latitudine, ubi modi-  
cum, stadiorum C, altitu-  
dine nusquam minore pass.  
XX. Plut. in V. Alex. c. 62.  
latitudinem ei XXXII stadio-  
rum, altitudinem C orgyia-  
rum tribuit. Diod. p. 562.  
(ed. Rhod.) Gangem, refert,  
latitudine esse XXXII stadio-  
rum, atque profunditate  
omnes Indiae fluvios supe-  
rare. Idem pag. 122. et 590.  
XXX tantum stadia numerat.  
Hoc veteres. Nunc Anglorum  
ope certum est, Gangem,  
antequam flumen Dschum-  
ma

ma recepit, circiter I mill. angl. latum esse, propius mare, post multos adhuc ac magnos fluvios receptos,  $\frac{3}{4}$  mill. geogr. cf. Mann. p. 77. et p. 87.

8. τῆ δὲ Ἰνδοῦ ἐς ταυτὸν ἔρ-  
χεται] Indo autem idem evenit, idem nempe, quod Gangi, cum uterque multos amnes in se recipiat. Infra c. 10, 8. simile exstat loquendi genus. *Raph.*

*Hydraotem* Arrianus latitudine non minorem Acefine dicit, sed minus rapidum, V, 21, 6. Bis permeatur ab Alexandro contra Mallos VI, 7, 1. 8, 7. Apud Plinium VI, 20. Cantabra vocari videtur. Diversa nomina Hydraotis vide apud Vinc. p. 84. Vulgo nunc vocatur Ravee. (Rawi.) De Cambistholis nihil inveni. Fortasse ad Mallos pertinent.

Utrum *Hyphalis*, Saranges et Neudrus in Acefinem influant (quod quidem Arrianus et in Expeditione et in Historia Indica ubicunque asserit) vel per se, vel vel per Hydraotem, non liquet. Nam Ayeen Akbari, et qui hunc sequuntur, eos in Indum ipsum effundi dicunt. Nec Arrianus de his fluminibus Macedones sequebatur, sed Megasthenem. Diodor. p. 562. *Hyphalin* VII stadia latum, VI orgyias altum et cursu vehementissimo esse dicit. Diversa *Hyphalis* (nunc Biah

vel Beyah) nomina vide apud Vinc. p. 87. Oritur hic fluvius in Keloo, confluit cum Sarange (Setledj.) prope Feerouzpoor, deinde dividitur in quatuor alveos, quibus prope Multan iterum conjunctis Rennelio auctore in Indum influit. *Astrybae* vel *Astrobae* ignoti sunt. Plinius VI, 20. gentem indicam appellat Marobas, quod nomen simile.

*Saranges*, nunc Satludj. Diversa ejus nomina vide apud Vinc. p. 90. fons ejus est in montibus Gheloor.

De *Ceneis* vel *Meceis* nihil inveni. In Plinio commemorantur *Cesi* gens.

De *Neudro* nihil noster adjecit, unde aliquid de ejus situ concludi posset. Fortasse is est, qui nunc vocatur Caul. Vinc. pag. 90. De *Atacenis* vide notas criticas.

9. *Hydaspes*, in quo Alexander navigabat, nusquam erat latitudine minor quam XX stadia. Exped. VI, 4, 3. Curtius ei tribuit latitudinem IV stadiorum. Nunc vocatur Chelum (Tschelum). Diversa ejus nomina collegit Vincent p. 78. Auctore Ayeen Akbari oritur in Provincia Cashmeer, navium ducentarum amphorarum (vulgo Tonnen) patiens usque ad Syrin-nagar, caput ejus provinciae.

*Oxydracae* habitasse videntur ad occidentem Mallorum usque ad Indum.

Nunc



Nunc eos Outche vocari volunt, eosque in VII urbes dividi, quarum quaevis separatim regeretur. Vincent pag. 115. cf. d'Anville Antiquité de l'Inde p. 31.

*Sinarum* ubinam Arrianus in Hydaspem influere velit, discerni nequit; auctorem vero non habet Macedones, sed Megasthenem. Suspiciatur Vincent p. 79. Sinarum et Hydaspem esse eundem fluvium, qui in Cashmeer ipsa vocatus fuerit ab urbe ejus capitali Syrin-nagar fluvius. Hoc vero concedere non possum, quia Sinari accolae sunt Oxydracae, de quibus omnes conveniunt, eos prope Mallos habitasse. Nostrum locum aliter interpungere potes, ut Sinarum dicatur in Arispis (gente ignota) fluere, et Oxydracae ad confluentes Acesinis et Hydaspis habitare. Sed tunc Alexandrum prius ad Oxydracas, quam ad Mallos venire oportuisset.

10. *Acesines*, recepto Hydaspem, Hydraote et Hyphasi XXX stadia latus est. Ind. 3, 10. Ubi ab Alexandro trajiciebatur, rapidus erat amnis et XV stadia latus, V, 20, 14. Sed putat ipse Arrianus, Alexandrum partem latissimam ad transitum elegisse, quo clementiore uteretur alveo, V, 20, 17. Diversa Acesinis nomina vide apud Vin-

cent p. 81. Nunc vocari solet Chen-ab (Tschenab).

*Malli* habitabant ad utramque ripam Hydraotis, usque ad Acesinis et Indi confluentes.

*Tutapus*. Ayeen Akbari dicit, duo flumina, Chunder (sic vocat Acesinem) et Bahka oriri in eodem montium jugo, (Cutnar vel Kishitewar) eaque committere aquas. Vincent flumen Bahka pro Tutapo Arriani habet, quem hic superius in ejus cursu cum Acesine confluere dicere videtur p. 82.

11. *Cophen*, a Plinio Cophes, etis, a Strabone Kóφης, et, etiam Choes et Coas scriptus, vulgo nunc vocatur Nilab. cf. Mann. p. 28.

*Peucelaetis*, ubi Alexander Indum transibat, nunc Pehkely. *Malantus* ignotus est. *Soastum* Ptolemaeus vocat Suastum, in cujus ripa collocat urbem Goryam, et Goryaeam, quae Arriano Guraeorum terra. Unde videtur errare de la Rochette, si eum eundem esse cum fluvio Kishen Ganga putat. *Garrhoeas* in Expedit. (IV, 25, 10.) Guraeus vocatur. Mannert eum eundem esse putat cum Soasto, et errasse eos, qui Guraeum in Cophenem effundi putent, cum per se in Indum influat. Nunc eum Geographi vocari volunt vel Bajore, vel Attok, vel Sir Hind vel Behat etc. Omnia incerta esse video.

12. De *Pareno* et *Saparno* nihil scio. *Soanus* convenire videtur fluvio *Sohan*, quem in mappa sua delineavit de la *Rochette*. In nomine *Βησσαρίων* latere videtur regio *Ambiffaris*, qui saepe in expeditione commemoratur, et cujus regnum in his regionibus collocandum est. Numerat, ut vides, *Arrianus* XV flumina, quae in *Indum* vel suo ostio vel cum aliis conjuncta immittantur. Totidem in *Exped.* V, 6, 11., totidem *Strabo* pag. 482.; undeviginti *Plin.* VI, 20.

15. *Ἰστρος*] *Cursum Istri* descripsit *Arrianus* in *Exped.* I, 3, 1. seqq. *Ἐνος*,

lat. *Oenus*, apud nostrates *Inn.* *Σάος*, lat. *Saus*, apud nostr. *Sau*.

16. *ποταμοί*] *Saus* nempe et *Ister*, *Plinius* lib. III. c. 25. „Inde XLV M pass. *Taurunum*, ubi *Danubio* miscetur *Saus.* „*Blank.* *Taurunum*, nunc *Semlin*.

17. *ναυσίπορον*] *Plin.* IV, 11. ait *Istrum* sexaginta annes recipere, medio ferme numero eorum navigabili. *Raph.* *Sumnam* *Ister* magnitudinem iis demum fluminibus accipit, quae ex *Wallachia* et *Moldavia* decurrunt, quorum *Arrianus* mentionem non fecit.

V. Τὸ δὲ αἴτιον ὅστις ἐθέλει φράζειν τοῦ πλήθεός τε καὶ μεγέθεος τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, φραζέτω· ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα ὡς ἀκοῇ ἀναγεγράφω. Ἐπεὶ καὶ ἄλλων ποταμῶν συνόμματα *Μεγασθένης* ἀνέγραψεν, οἱ ἔξω τοῦ *Γάγγεω* τε καὶ τοῦ *Ἰνδοῦ* ἐκδιδούσιν ἐς τὸν ἑῶν τε καὶ *Μεσημβρινὸν* τὸν ἔξω πόντον·

V. Quisquis autem causam multitudinis et magnitudinis *Indiae* fluminum explicare velit, illi per me hoc integrum sit. Ego enim ea quoque quae de his rebus scripsi (non pro vero vendito, sed) majorem fidem non habere censeo, quam quae fama sparsa sunt. Praeterea etiam aliorum fluminum nomina *Megasthenes*

NOTAE CRITICAE AD CAP. V.

2. ἄλλων πολλῶν ποταμῶν — mediam vocem propter Optimum abjeci. Mox ex eodem et duobus aliis restitui λέγει pro λέγασιν.

ὥστε τοὺς πάντας ὀκτῶ καὶ πεντήκοντα λέγει ὅτι εἰσὶν Ἴνδοὶ ποταμοὶ ναυσίποροι πάντες. Ἄλλ' οὐδὲ Μεγασθένης 3 πολλὴν δοκεῖ μοι ἐπελθεῖν τῆς Ἰνδῶν χώρας, πλὴν γε ὅτι πλεῦνα ἢ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου ἐπελθόντες. Ξυγγενέσθαι γὰρ Σανδρακόττα λέγει, τῷ μεγίστῳ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν· καὶ Πόρω, ἔτι τούτου μέγιστον. Οὗτος ὢν ὁ 4 Μεγασθένης λέγει, οὔτε Ἰνδοὺς ἐπιστρατεῦσαι οὐδαμοῖσιν ἀνθρώποισιν, οὔτε Ἰνδοῖσιν ἄλλους ἀνθρώπους· ἀλλὰ Σέ- 5 σωστριν μὲν τὸν Αἰγύπτιον, τῆς Ἀσίας καταστρεψάμενον τὴν πολλήν, ἔστε ἐπὶ τὴν Εὐρώπην σὺν στρατιᾷ ἐλάσαντα, ὀπίσω ἀπὸ νοσησαί· Ἰνδάθυρ- 6 σιν δὲ τὸν Σκύθια ἐκ Σκυθίας ὀρμηθέντα, πολλὰ μὲν τῆς Ἀσίας ἔθνεα καταστρεψασθαι, ἐπελθεῖν δὲ καὶ τὴν Αἰγυπτίων γῆν κρατέοντα· Σεμίραμιν δὲ τὴν Ἀσσυρίην 7

commemorat, quae extra Gangem atque Indum feruntur in orientale et meridiale externum mare; ita ut LVIII in universum sint Indiae fluvii, omnes navigabiles. Sed nec ipse Megasthenes mihi videtur multum Indiae peragrassse: plus tamen certe quam qui cum Alexandro Philippi F. militarunt. Sandracottae enim se adfuisse scribit, maximo Indorum regi; et Poro, qui vel Sandracotta potentior fuit. Scribit itaque hic Megasthenes, neque Indos cum ullis hominibus (extra Indiam) bellum gefuisse, neque ullos externos Indis bellum intulisse. Sesostrim enim Aegyptium, magna Asiae parte subacta, postquam in Europam usque cum exercitu procefferat, retrocessisse; Indathyrsim autem Scytham e Scythia profectum, multas Asiae gentes debellasse: Aegyptum etiam victorem adif- se; ac Semiramidem qui-

3. Σανδρακόττα — Optimus Σανδρακόττα. Videtur Sandracottas, ut Sificottus. Terminatio enim plerumque a Graecis fingitur. MSS. alii Σανδρακόττω. Gron. Sic etiam Venet. et Basil. et Arr. V, 6, 2. Sed varietatem scripturae vide apud Blancardum pag. 323.

ἐπιχειρῆειν μὲν σέλλεσθαι εἰς Ἰνδοὺς, ἀποθχεῖν δὲ πρὶν τέλος ἐπιθεῖναι τοῖσι βουλεύμασιν· ἀλλὰ Ἀλέξανδρον γὰρ στρατεῦσαι ἐπὶ Ἰνδοὺς μόνον. Καὶ πρὸ Ἀλεξάνδρου, Διονύσου περὶ πολλὸς λόγος κατέχει, ὡς καὶ τούτου στρατεύσαντος εἰς Ἰνδοὺς, καὶ κατασρεψαμένου Ἰνδοῦς. Ἡρακλέους δὲ περὶ, οὐ πολλός. Διονύσου μὲν γε καὶ Νύσσα πόλις μνήμα οὐ Φαῦλον τῆς στρατηλασίης, καὶ ὁ Μηρῶς τὸ ὄρος, καὶ ὁ κισσὸς ὅτι ἐν τῷ ὄρει τούτῳ φύεται· καὶ αὐτοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὑπὸ τυμπάνων τε καὶ κυμβάλων σελλόμενοι εἰς τὰς μάχας· καὶ ἐσθῆς αὐτοῖσι κατάσικτος ἐοῦσα, κατάπερ τοῦ Διονύσου τοῖσι βάνχοισιν· Ἡρακλέους δὲ οὐ πολλὰ ὑπομνήματα. Ἀλλὰ τὴν Ἀορνὸν γὰρ πέτρην, ἣντινα Ἀλέξανδρος βίη ἐχειρώσατο, ὅτι Ἡρακλέης οὐ δυνατὸς ἐγένετο ἐξελεῖν, Μακεδονικὸν δοῖέ μοι τὸ κόμπασμα, κατάπερ καὶ τὸν Παραπάμισον, Καύκασον ἐκάλεον Μακεδόνης, οὐ-

dem Aslyriam tentasse exercitum in Indos ducere, sed mortem ejus consilia conatusque fregisse. Solum vero Alexandrum in Indos expeditionem fecisse. Atqui ante Alexandrum fama tenet Liberum contra Indos expeditionem suscepisse, eosque subegisse: de Hercule infirmior fama est. At vero expeditionis a Libero factae non leve documentum est Nyssa urbs et Meros mons, quodque hedera in hoc monte nascatur: quod praeterea Indi ipsi tympana ac cymbala pulsantes pugnas adeunt, itemque veste distincta maculis, Libero patri bacchantium more, utantur. Herculis autem non multa monumenta extant. Quod enim Aornon petram, quam Alexander vi cepit, Hercules expugnare non potuerit, Macedonica quaedam jactantia mihi videtur: quemadmodum et Parapamisum montem Caucasum

10. κατάπερ — ex Opt. pro vulg. καταπερῶν.

δέν τι προσήγοντα τοῦτον τῷ vocarunt Macedones, nihil  
 Καυκάσω. Καί τι καὶ ἄντρον <sup>11</sup> ad Caucasum pertinentem.  
 ἐπιφρασθέντες ἐν Παραπαμι- Antrum quoque aliquod  
 σάδεσι, τοῦτο ἔφρασαν ἐκεῖ- quum apud Parapamisadas  
 νο εἶναι τοῦ Προμηθέως τοῦ esse accepissent, Promethei  
 Τιτῆνος τὸ ἄντρον, ἐν ὧ τῷ Titanis esse dixerunt, in  
 ἐκρέματο ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ quo ille ob ignem furto  
 πυρός. Καὶ δὴ καὶ ἐν Σίβαι- <sup>12</sup> sublatum in crucem actus  
 σιν, Ἰνδικῷ γένει, ὅτι δορὰς fuerit. Apud Sibas quo-  
 ἀμπεχομένους εἶδον τοὺς Σί- que, Indicam gentem, quod  
 βας, ἀπὸ τῆς Ἡρακλέους eos pellibus amictos con-  
 στρατηλασίης ἔφασκον τοὺς spexerant, ab Herculis ex-  
 ὑπολειφθέντας εἶναι τοὺς Σί- peditione relictos esse Si-  
 βας· καὶ γὰρ καὶ σκυτάλην bas differebant. Siquidem  
 φέρουσί τε οἱ Σίβαι, καὶ τοῖς et clavam gestant Sibae,  
 βουσί τῶν αὐτῶν ῥόπαλον ἐπιμέ- et bubus clavae notam in-  
 καυται· καὶ τοῦτο ἐς μνήμην urunt: atque hoc ad me-  
 ἀνέφερον τοῦ ῥοπάλου τοῦ moriam clavae Herculis re-  
 Ἡρακλέους. Εἰ δέ τῳ πρὸς <sup>13</sup> tulerunt. Si cui vero haec  
 ταῦτα, ἄλλος ἂν οὗτος Ἡρα- credibilia videntur, alius  
 κλέης εἴη, οὐχ ὁ Θεβαῖος, certe hic Hercules fuerit,  
 ἢ ὁ Τύριος οὗτος, ἢ ὁ Αἰγύ- non Thebanus, sed aut Ty-  
 πτιος, ἢ τις καὶ κατὰ τὴν rius, aut Aegyptius, aut  
 ἄνω χώραν οὐ πόρρω τῆς Ἰν- aliquis etiam ex superiori  
 δῶν γῆς ὠκισμένην μέγας βα- regione non procul ab Indis  
 σιλεύς. sita magnus rex.

12. Φέρεται ex Orf. pro Φορέσει.

13. κατὰ τὴν ἄνω — sic rescripti ex edit. omnibus usque ad Gronovium, in cujus exemplari primum articulus operarum negligentia excidit.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. V.

*Arg. Pergit de fluviis indicis. Megasthenis sententia de expeditionibus exterorum in Indiam, praecipue Bacchi et Herculis.*

1. τῶν πλῆθους] Ratio, cur tot in India flumina, sunt ingentia montium juga, quibus India cingitur, quod aliquatenus jam veteres intellexerunt; vide Diod. II, p. 122. Magnitudo vero ea ac tanta, quam Macedones descripserunt, pluviis et nivi debetur, de quibus in seqq.

2. Apud Plinium VI, 16. LX amnes Indiae numerantur. Nearchus Indiam adeo donum fluviorum esse putavit, ut Strabo tradit 475. et Arr. Exp. V, 6, 6. etc. Ex iis fluviis, qui separatim in mare effunduntur, nominat Ptolemaeus Namadum, Nanagunam, Pseudostomum, Barim, Solum, Chaberim, Tynam, Mandam, Tyndim, Dofaronem et Adamantem.

3. Megasthenem apud reges Indiae fuisse testatur noster etiam in Exped. V, 6, 2. Strabo et Plinius VI, 17. De Sandracotta vide Justin. XV, 4. vel notam ad Expeditionis loc. laud. Nomen Sandracotta Vincent pro nomine urbis habet ad fluvium. Cheu-ab, a quo ille princeps nomen ex more Indorum acceperit. pag. 15. not. 31. p. 83. not. 58. Sed errat.

Sandracottae fedes erant Palibothra, a quibus etiam vocabatur Palibothrus, ut dicit Strabo p. 483. ex Megasthene. Praeforum eum regem fuisse dicunt et alii, ex. c. Plut. V. Alex. c. 62. De Poro vide indicem ad Exped.

4. Eundem Megasthenis locum habet etiam Strabo pag. 472. sed paulo largius. Ea igitur in quibus Strabo ab Arriano non differt, adscribere, supervacaneum esset.

5. Sesostrim, Aegypti regem, fabulati erant, Gangem superasse Indiamque totam usque ad Oceanum permeasse. Vide Diodor. lib. I, 55. Robertson de India Not. I. multa cura rationes collegit, cur tota narratio pro fabula habenda sit.

6. Idanthyrfos vocatur is Scytharum rex, quocum Darius insaufum illud bellum gerebat, quod descripsit Herodotus libr. IV. Hunc vero regem aliquando expeditionem in Asiam fecisse, ejus rei nullum indicium adest. Nec est satis vetustus. Videtur mihi vox Indathyrsis vel Idanthyrfos esse appellativum sicut Phrao,

rao, et fuit forte nomen omnibus regibus scythicis commune. Ea enim quae Strabo pag. 472. et Arrianus de Indathyrso Scythico dicunt, conveniunt Madyae, Scythorum regi, qui Cyaxari et Pfammitichi aetate cum ingenti exercitu Mediam omnemque Asiam ad Aegyptum usque transiverat et vastarat. De qua Madyae expeditione vide Herodotum I, c. 103-105. Rectius vero Strabo ex Megasthene descripsisse videtur, Indathyrsin μέγας Αἰγύπτου venisse, i. e. Aegyptum non intrasse. Narrat enim Herodotus, Pfammitichum Scythiae obviam ivisse, donisque ac precibus eum ad reditum compulisse. Scripsit etiam Justinus II, 3. „Scythas ab Aegypto paludes prohibuere.“ et I, 1. „Scythiae rex Tanaus (sic vocare videtur Indathyrsin) usque Aegyptum excessit.“ Eiusdem regis nomen apud Strabonem et Herodotum scribitur Idanthyrso, apud Photium in Ecl. ex Arr. Parthis Jandyso, quod Gronovio ad Arr. pag. 318. ansam praebuit in Justino legendi: et Scythiae rex Jandus pro Tanaus.

7. Semiramidis in Indiam expeditio per Bactrianam et ponte in Indo facto, late describitur in Diodori libro II. tangitur a Just. I, 2.

Diversa fabula fuisse videtur (quam tetigit Arr. VI, 24, 3.) de Expeditione Semiramidis per deserta Gadorum.

8. Addendum est ex Strabone, Megastheni Dionysi et Herculis in Indiam expeditiones veras visas. Loquutus erat idem etiam de Tearcone Aethiope, Nauocodroforo (Nebukadnezare) Chaldaeorum et Cyro. Qui magna quidem terrarum parte permeata, Indiam tamen non intrarint.

9. De Nyfa vide not. ad c. I. Hederam in India, nisi in monte Mero, nasci negarunt ex Theophrasto Plinius XVI, 34., ex Megasthene Strabo et Arrianus, etiam in Expeditione V, I, II. et 2, 8. Tympanorum et cymbalorum usum praecipue tribuerat Megasthenes Oxydracis (Strabo pag. 473.) quos quoque, sine dubio eandem ob causam, a Baccho originem traxisse credidere. Arr. Exp. VI, 3, 10. Indos omnes musicam et saltationes amare dixit, cujus rei causam Baccho ejusque comitibus tribuit. ἐσθῆς κατὰσικτος apud Strabonem σολή εὐανθῆς vocatur, ejusque generis vestes Indis omnibus in usu esse tradidit non hic solus, sed omnes veterum.

10. De Aorno vide Expeditionem, Curt. VIII, 11, 2. seqq. et Diod. XVII, 85.

qui Herculem ob terrae motum aliaque prodigia ab opugnatione discessisse auctor est. De Caucaſo vide notam ad c. 2, 4.

11. ἐκρέματο] Lucianus in Prometheo: ἄλλ' εἰ δοκεῖ, κατὰ μέσον ἐνταῦθά περ ὑπὲρ τῆς Φάραγγος ἀνεσαυράσθω ἐκπεταθεῖς τῷ χεῖρι ἀπὸ τετοῖ' πρὸς τὸ ἐναντίον. Idem libro περὶ Θυσίων: Καὶ τῆτον ἐς τὴν Σκυθίαν ἀγαγὼν ὁ Ζεὺς, ἀνεσαύρωσε ἐπὶ τῷ Καυκάσῳ. Blanc.

12. De Sibis eadem excerptit Strabo pag. 473. A Diod. XVII. Ibi vocantur. Plinius VI, 20. simile nomen

Sibararum inter Indiae gentes habet. A Curtio Sobii vocantur IX, 4, 2. Strabo, quo magis haec de Sibis falsa esse ostendat, Herculis gestationem pellis multo post bellum trojanum ab eo poeta fictam tradit, qui Heracleam scripserit. Antiquas enim Herculis statuas ligneas non esse hoc modo apparatus. Idem p. 489. a campestribus Indis Herculem coli Megasthenem dixisse refert, a montanis autem eorumque philosophis Bacchum: Sed ea fabulosa esse.

13. De diversis Herculis vide Arr. Expedit. II, 16.

VI. Ταῦτα μὲν μοι ἐμβολή 1  
λῆ' ἔσω τοῦ λόγου, ἐς τὸ μὴ  
πιστὰ φαίνεσθαι, ὅσα ὑπὲρ  
τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ἰφάσιος  
ποταμοῦ Ἰνδῶν μετεξέτεροι  
ἀνέγραψαν· ἔστε γὰρ ἐπὶ τὸν  
Ἰφασιν, οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου  
στρατηλασίας μετασχόντες, οὐ  
πάντη ἄπιστοι εἰσίν. Ἐπεὶ καὶ 2  
τόδε λέγει Μεγασθένης ὑπὲρ  
ποταμοῦ Ἰνδικοῦ, Σίλαν μὲν  
εἶναι οἱ οὐνομα, ῥέειν δὲ ἀπὸ  
κρήνης ἐπωνύμου τῷ ποταμῷ

VI. Atque haec quidem  
per digressionem dicta sint,  
ne fide digna videantur,  
quae de iis qui ultra Hy-  
phasin degunt Indis non-  
nulli conscripserunt: nam  
ad Hyphasin amnem usque  
non sunt prorsus indigni  
fide, qui expeditioni Alexan-  
dri interfuerunt. Siquidem  
etiam hoc Megasthenes de  
flumine quodam Indico  
commemorat: Silam ei no-  
men esse, fluere ex fonte  
ejusdem cum flumine no-

NOTAE CRITICAE AD CAP. VI.

2. τῷ ποταμῷ — ex Opt. pro τῷ ποταμῷ. Amat vero Arrianus, constructionem praepositionis vel adjectivi, pau-



διὰ τῆς χώρας τῆς Σιλέων, καὶ τούτων ἐπωνύμων τοῦ ποταμοῦ τε καὶ τῆς κρήνης· τὸ δὲ ὕδωρ παρέχεται τοιούδε· οὐδὲν εἶναι ὅτῳ ἀντέχει τὸ ὕδωρ, οὔτε τι νήχεται ἐπ' αὐτοῦ, οὔτε τι ἐπιπλεῖν, ἀλλὰ πάντα γὰρ ἐς ἄβυσσον δύνει· οὕτω τοι ἀμειννότερον πάντων εἶναι τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο καὶ ἡεροειδέεσεν. Ἔεται δὲ ἢ Ἰνδῶν γῆ τὸ θέρος, μάλιστα μὲν τὰ ὄρεα Παραπαμισός τε καὶ ὁ Ἡμωδός, καὶ τὸ Ἰμαϊκὸν ὄρος, καὶ ἀπὸ τούτων μεγάλοι καὶ θολεροὶ οἱ ποταμοὶ ῥέουσιν. Ἔεται δὲ τοῦ θέρος καὶ τὰ πεδία τῶν Ἰνδῶν, ὥστε λιμνάζειν τὰ πολλὰ αὐτέων· καὶ ἔφυγεν ἡ Ἀλεξάνδρου στρατὴ ἀπὸ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ μέσου θέρος, ὑπερβαλόντος τοῦ ὕδατος εἰς τὰ πεδία· ὥστε ἀπὸ τῶνδε ἔξῃ τεκμηριῶσθαι καὶ τοῦ Νείλου τὸ πάθημα τοῦτο, ὅτι εἰκομὸς εἶναι ὑεσθαι τὰ Αἰθιοπῶν ὄρεα τοῦ θέρος·

minis per regionem Sileorum, qui etiam eandem, quam fons et fluvius, appellationem habeant. Ejus aquam ejusmodi esse, ut nihil omnino sustinere possit, neque quicquam ei innatare, neque supernavigare, sed omnia in fundum demergi. ita prae reliquis omnibus hanc aquam impatientem atque magis aëream esse. Indiae autem per aestatem pluvia madet: praecipue vero Parapamisus, et Emodus, atque Imaus, montes, et ab his magni ac turbulenti amnes fluunt. Perfunduntur aestate pluvia etiam campi Indiae, ita ut plerique stagnent, fugitque aliquando Alexandri exercitus ab Acefine fluvio, quum media aestate ejus aqua campos obrueret. Ex quibus licet certa conjectura etiam Nili inundationem explicare, quod verisimile fit Aethiopum montes aestate complui, atque iis pluviis impletum Nilum supe-

paucis verbis interjectis, variare, quod interdum ad Expeditionem notavi.

3. ἄβυσσον — ex Opt. pro βυσσόν. Vet. Editt. βυθόν.

καὶ ἀπ' ἐκείνων ἐμπιπλάμενον τὸν Νεῖλον ὑπερβάλλειν ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Αἰγυπτίην· θολερὸς ὢν καὶ οὕτω ῥέει ἐν τῇδε τῇ ὄρῃ, ὡς οὔτε ἂν ἀπὸ χιόνος τηκομένης ἔρρεεν, οὔτε εἰ πρὸς τῶν ὄρη φέρεος πνεόντων ἀτησίων ἀνέμων ἀνεκόπτετο οἱ τὸ ὕδωρ ἄλλως τε οὐδὲ χιονόβατα εἴη ἂν τὰ Αἰθιοπίων ὄρεα ὑπὸ καύματος. Ἔσθαι δὲ κατὰ 8 περ τὰ Ἰνδῶν, οὐκ ἔξω ἐστὶ τοῦ εἰκότος, ἐπεὶ καὶ τὰλλα ἢ Ἰνδῶν γῆ οὐκ ἀπέοικε τῆς Αἰθιοπίας· καὶ οἱ ποταμοὶ οἱ Ἰνδοὶ, ὁμοίως τῶν Νεῖλω τῶν Αἰθιοπίω τε καὶ Αἰγυπτίω, κροκοδείλους τε φέρουσιν, ἔστιν δὲ οἱ αὐτῶν καὶ ἰχθύας καὶ ἄλλα κήτεα ὅσα ὁ Νεῖλος, πλὴν ἵππου τοῦ ποταμίου· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους τοὺς ποταμίους λέγει

6. θολερὸς ὢν· καὶ ἔτω] Hos nominativos cum antecedentibus non cohaerere patet. Ad sequentia ergo sunt referendi. Et quid si dicamus ὢν scribendum esse Ionice pro οὖν, hoc sensu: Turbidus igitur et ita fluit etc. Quamquam et ὢν ferri potest per pleonasmum. *Raph.* Primae editt. legunt etiam καὶ ἔτος. Sed nihil praeter interpunctionem mutavi, quamvis lectio ἔτος mihi perplaceat, ut de Nilo idem dicat, quod supra de fluviis Indicis, atque respiciat ad verba θολεροὶ ῥέουσιν, sect. 4.

ὅτι φέρουσι. Τῶν τε ἀνθρώπων αἱ ἰδέαι οὐ πάντη ἀπέδουσιν αἱ Ἰνδῶν τε καὶ Αἰθιοπίων· οἱ μὲν πρὸς νότου ἀνέμου Ἰνδοὶ τοῖς Αἰθιοπίσι μᾶλλον ἔοικασι, μελανές τε ἰδέσθαι εἰσὶ, καὶ ἡ κόμη αὐτοῖς μελαινα· πλὴν γε δὴ ὅτι σιμοὶ οὐχ ὡσαύτως, οὐδὲ οὐλόκρανοι ὡς Αἰθιοπες· οἱ δὲ βορειότεροι τούτων, κατ' Αἰγυπτίους μάλιστα ἂν εἶεν τὰ σώματα.

9 quidem ac vultu multum inter se differunt Indi et Aethiopes. Certe qui ad austrum ventum vergunt Indi Aethiopibus magis similes sunt, nigra facie, et nigra coma, sed non aequae fimi, neque ita crispa capillitio, ut Aethiopes: qui vero magis ad septentrionem incolunt, Aegyptios potius corporis forma referunt.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. VI.

*Arg. De Sila fluvio; de pluvia in India; de balaenis fluviorum et colore Indorum.*

1. Strabo p. 483. regionem ultra Hyphalin ab omnibus optimam esse dici, tradit. Sed de ea non certos esse auctores; eos enim propter ignorantiam et locorum longinquitatem omnia inflatius atque portentosius narrare.

2. Σίλαν] Et hodie Indi sacros fontes mirantur, de quibus idem credunt. Talia flumina pertinent inter mirabilia, quae Graeci terris remotissimis esse credebant. Jam Herodotus simillimam fabulam habet de fonte quodam Aethiopum lib. III, c. 23. Strabo p. 484. hoc flumen Siliam vocat et in mon-

tanis collocat. Sed Democritum et Aristotelem de eo dubitare adscripsit. A Diodoro II, p. 123. Sillas scribitur. Plin. XXXI, 2. eadem ex Ctesia de stagno quodam narrat, quod Siden vocat.

4. ἕεται δὲ] Theodor. Santvoort Dissert. de causa motus pag. 69. §. 138: In omnibus partibus zonae torridae per aestatem, sex hebdomades, non quidem continuo, sed plusquam media temporis parte pluvia modo major, modo minor decidit. *Raph.* Veterum sententiae de imbribus Indiae, si obiter modo lustrantur, contradicere sibi videntur.

Sed distinguendum est inter eam Indiam, quae a Pattalis porrigitur usque ad Acesinis et Indi, vel Hydaspis et Acesinis confluentes, et Indiam inter flumina et montes, praecipue nostrum Panje-ab. Aristobulus (apud Strabonem p. 475.) solos dicit montes et montium radices pluviam et nives sentire, plana autem imbrum et nivis esse expertia, sed inundatione fluminum irrigari. Montes, inquit, hieme nive obtegi; vere autem pluvias incipere, magis magisque augeri ad arcturi ortum usque. Ex his nivibus et imbribus augeri fluvios et campos inundari. Haec se ipsum vidisse et ab aliis comperisse auctor est Aristobulus. Sub *montium radicibus* eum intellexisse universum Panje-ab, ex eo conspicuum est, quod diserte dicit, per totum tempus, quo Alexander a Taxilis ad Hyphasin et retro ad Hydaspem iret, pluvias coelo demissas esse. Sub *planis*, ut ipse adjecit, intelligit regionem, quae est inter Pattala et Hydaspis ostium. Vera eum dicere, probant vel immensa deserta, ob pluviarum defectum inhabitabilia. Sed etiam recentiorum observationibus res confirmata est. Vide Robertsonem de vetere India, nota IV. Quum Hamilton

Tattae versaretur, per tres annos pluvia non deciderat coelo. Aristobulum sequitur Arr. in Exped. V, 9, 6-8., ubi inundationes et pluvias praecipue circa solstitium aestivum in Indiam ruere dicit; hieme autem, cessantibus pluviis, fluvios minores esse et puriores, ita ut vado transiri possent excepto Gange et Indo ac fortassis aliquo etiam alio. cf. etiam Exped. VI, 25, 9. Nearchus vero (Strabo pag. 476.) hieme campos quidem pluvia non irrigari dicit, at aestate tamen. Intelligit vero sub campis regionem inter flumina, ut apud Strabonem videre licet. Sectione 4. descripsit Arrianus Aristobulum, sectione 5, Nearchum, sed quasi eos sibi contradicere intellexisset. De regione inter Pattala et Hydaspem intelligendi sunt Ctesias in Photii Ecl. 1. et 8., in India pluviam non demitti, sed a flumine terram irrigari; Plinius XVI, 18. Indiam non habere imbres aestivos, scribentes; at Eratosthenes, (Strabo pag. 475.) de reg. Panje-ab, imbres aestivos Indiae tribuens, ab exhalationibus, ut quidem opinatur, fluviorum et etesiis natos. Etesiis idem tribuit Arr. VI, 25, 9. Non immerito igitur veteres Indiam et Indum cum Aegypto et Nilo comparant, quia etiam

etiam Aegyptus, praecipue superior, raro pluviam sentit, ac solummodo Nilo irrigatur; Aethiopiam autem, cum regionibus Indiae septentrionalibus. De septentrionali India etiam intelligendi sunt Diodor. II, 36. et Megasthenes atque Eratosthenes apud Strabon. p. 477., qui his quolibet anno in India pluviam dimitti ajunt, primum sub hiemem, iterum circa solstitium aestivum.

5. ἀπὸ τῆς Ἀκισίβης] Hoc est, ut dixi ex Nearcho. Quum prope Acesinem castra posuisset Alexander, ea in sublimiorem locum movere coactus fuit, ripas egredientibus aquis. Aristobulus fluvios ad XL cubitos augeri auctor est, quorum XX alveum implerent supra priorem profunditatem, XX in campos effunderentur, ita ut urbes insularum more aquis circumdatae appareant.

6. τὸ πᾶνθημα τῆτο] 'ut quotannis per campos effundatur. De ὄτι, sequente infinitivo, vide not. ad Exped. II, 16, 8.

7. ἐν τῆδε τῆ ὥρῃ] hac anni parte, sc. qua Aegyptum inundat, i. e. a solstitio aestivo, per centum dies; postea decrescit. *Etesiae*, de quibus hic sermo, aestate a Ponto Euxino et Hellesponto a septentrione meri-

diem versus spirant per mare aegaeum et mediterraneum in Africam et per Aegyptum adeo in Nubiam et Aethiopiam. De duabus his opinionibus, de Nili adscensu, quas nihili esse Arrianus dicit, jam locutus est Herodotus II, 20. seqq. Ab etesiis, ne in mare effundatur, impediri Nilum posse, jam hic negat, inundatione etiam, nullis ventis spirantibus, crescente; nec idem accidere reliquis Libyae fluviiis; magis adhuc eos falli censet, qui in nivibus dissolutis causam quaererent; prae calore enim in Aethiopia nivem esse non posse. Hodie vero neminem fugit, in altissimis etiam torridae zonae montibus per totum annum nivem inveniri. Singularis est explicatio Herodoti ipsius. Quem si recte intellexi, Nili veram magnitudinem esse eam, quam per inundationem habet, arbitratur. Hieme autem a sole in mediterraneis Libyae tantum aquae attrahi et in nubes converti, ut eum a propria magnitudine decrescere oporteat. Hoc adjeci, quo minus Macedones Indiae fluviorum magnitudinem, quam durante inundatione habent, describentes miremur. A Macedonibus demum, simile quid in India observantibus, veram inundationis causam plu-

pluvias esse conjiciebatur. Dicit igitur Arrianus, causam inundationis nec esse nivis dissolutionem, quia aqua Nili turbida, non pura, ut a nive esse solet, et propter calorem in Aethiopia nix non fit; nec etefias, easdem scilicet ob causas, quas ex Herodoto excerpti. Qui plura de Nilo et causis incrementi ejus legere vult, adeat late de ea re disputantem Senecam libro IV. *quaestionum naturalium* c. 2.

8. Eadem quae Arrianus de balaenis fluviorum, eadem de Onesticrito dicit Eratosthenes apud Strabonem p. 475. Utriusque auctor

fuit Aristobulus, ut videmus ap. Strab. 486. cf. etiam Herod. IV, 44. Crocodilus et Hippopotamus fati noti sunt, et posterior praecipue ex Le Vaillant itineribus in Africa.

9. Eadem dicit Eratosthenes apud Strab. pag. 475. cf. etiam Plin. VI, 19. Ctesias in Photii eclog. sect. 9. esse homines in India nigros tradiderat, non solum sed natura. Esse etiam ibidem homines albibissimos, quamvis non multos. Se vidisse hujus generis duas feminas et quinque viros. Loqui videtur de fati cognito illo calidissimarum regionum morbo.

VII. Ἐθνεα δὲ Ἰνδικὰ εἰ-  
κοσι καὶ ἑκατὸν τι ἅπαντα  
λέγει Μεγασθένης, δυοῖν δέον-  
τα. Καὶ πολλὰ μὲν εἶναι  
ἔθνεα Ἰνδικὰ, καὶ αὐτὸς συμ-  
φέρομαι Μεγασθένει· τὸ δὲ

VII. Gentes Indicas centum duodeviginti in universum statuit Megasthenes. Ego vero multas quidem Indiae gentes esse, cum Megasthene senserim: unde autem certi aliquid cogno-

NOTAE CRITICAE AD CAP. VII.

1. ἑκατὸν τι — ex omnibus MSS. atque primis editt. pro ἑκατὸν τὰ. Adjicio notam grammaticam. Infinitivi εἶναι, ἀμπέχεσθαι, σιτέεσθαι, sect. 2. et 3. vertendi sunt ut infinitivi perfecti vel aor. 2. In nostro pluribus locis observavi infinitivum praesentis notione praeteriti occurrere, et vice versa. Sic miscentur eadem significatione in Exp. I, 1. παρελθεῖν, εἶναι, αἰτεῖν, λαβεῖν, ἐλαύνειν, ἐμβαλεῖν. cf. adhuc II, 3, 2. III, 2, 1. 2. 8. ubi etiam καταλιπέειν significatione praesentis.

ἀτρεκέες οὐκ ἔχω εἰκάσαι ὅπως  
 ἐκμαθῶν ἀνέγραψεν, οὐδὲ  
 πολλοσὸν μέρος τῆς Ἰνδῶν γῆς  
 ἐπελθῶν, οὐδὲ ἐπιμιξίης πᾶσι  
 τοῖς γένεσιν εὐσῆς ἐς ἀλλή-  
 λους· Πάλαι μὲν δὴ νομάδας 2  
 εἶναι Ἰνδοῦς, κατὰπερ Σκυ-  
 θέων τοὺς οὐκ ἀροτῆρας, οἱ  
 ἐπὶ τῆσιν ἀμάξεισι πλανώμε-  
 νοι, ἄλλοτε ἄλλην τῆς Σκυ-  
 θίης ἀμείβουσιν, οὔτε πόλιας  
 οἰκούντες, οὔτε ἱερά θεῶν σέ-  
 βοντες· οὕτω μὲν δὲ Ἰνδοῖσι  
 πόλιας εἶναι, μὲν δὲ ἱερά θεῶν 3  
 δεδομημένα· ἀλλ' ἀμπέχε-  
 σθαι μὲν δοράς θηρίων ὅσων  
 κτακτάνοιεν· σιτέεσθαι δὲ  
 τῶν δενδρέων τὸν Φλοῖον· κα-  
 λέεσθαι δὲ τὰ δένδρεα ταῦτα  
 τῇ Ἰνδῶν Φωνῇ Τάλα· καὶ  
 φύεσθαι ἐπ' αὐτῶν, κατὰπερ  
 τῶν Φοινίκων ἐπὶ τῆσι κορυ-  
 φῆσιν, οἷά περ τολύπας.  
 Σιτέεσθαι δὲ καὶ τῶν θηρίων 4  
 ὅσα ἔλοιεν, ὠμοφαγέοντας,  
 πρὶν δὲ Διόνυσον ἐλθεῖν ἐς τὴν  
 χώραν τῶν Ἰνδῶν. Διόνυσον 5  
 δὲ ἐλθόντα, ὡς καρτερός ἐγένε-  
 νετο Ἰνδῶν, πόλιας τε οἰκῆ-  
 σαι, καὶ νόμους θέεσθαι τῆσι

verit, conjectura assequi  
 non possum, quum exi-  
 guam quandam Indiae par-  
 tem peragravit, neque omnes  
 ejus gentes commercia in-  
 ter se agitent. Olim qui-  
 dem Indos nomades fuisse,  
 (dixit Megasthenes) quem-  
 admodum et Scythas, qui  
 arationem non exercent,  
 sed in plaustris degentes in-  
 certis sedibus vagantur, ne-  
 que urbes incolunt, neque  
 templa deorum colunt. Ita  
 neque Indis urbes fuisse,  
 neque templa diis exstructa,  
 sed ferarum quas occiderint  
 exuviis se vestivisse: arbo-  
 rum corticibus vesci solitos  
 fuisse; vocari autem eor-  
 um lingua eas arbores Ta-  
 la: innasce iis, quemad-  
 modum in summitatibus pal-  
 marum, veluti glomos la-  
 narum carptarum. Vesci  
 etiam solitos fuisse feris  
 quas venatu ceperint, cru-  
 dis, priusquam Liber ad In-  
 dos venisset. Quem post-  
 quam venerat, eosque de-  
 vicerat, urbes Indorum con-  
 didisse, iisque leges fan-  
 xisse: vini etiam usum In-  
 dis dedisse, ut et Graecis,

3. κατακτάνοιεν — ex Opt. pro κατακαίνοιεν.

πόλεσιν, οἴνου τε δοτῆρα Ἰνδοῖς γενέσθαι, κατὰπερ Ἑλλησι, καὶ σπείρειν διδάξαι τὴν γῆν, διδόντα αὐτὸν σπέρματα· ἢ οὐκ ἐλάσαντος ταύτη Τριπτολέμου, ὅτε περ ἐκ Δήμητρος ἐξάλη σπείρειν τὴν γῆν πᾶσαν· ἢ πρὸ Τριπτολέμου τις οὗτος Διόνυσος ἐπελθὼν τὴν Ἰνδῶν γῆν, σπέρματα σφίσι ἐδωκε καρποῦ τοῦ ἡμετέρου· βόας τε ὑπ' ἀρότρῳ ζεύξαι Διόνυσον πρῶτον, καὶ ἀροτῆρας ἀντὶ νομαδῶν ποιῆσαι Ἰνδῶν τοὺς πολλοὺς, καὶ ὀπλίσαι ὀπλοῖσι τοῖσιν ἀρηίοισι. Καὶ θεοὺς σέβειν ὅτι ἐδίδαξε Διόνυσος ἄλλους τε, καὶ μᾶλλον δὴ ἑωυτὸν, κυμβαλίζοντας καὶ τυμπανίζοντας· καὶ ὄρχησιν δὲ διδάξαι τὴν σατυρικὴν, τὸν κόρδακα παρ' Ἑλλησι καλούμενον· καὶ κομᾶν Ἰνδοὺς τῷ θεῷ, μίτρη φορέειν τε ἀναδειῖναι, καὶ μύ-

dato etiam femine, rationem ferendi eos docuisse: five quod Triptolemus, quum a Cerere ad conferendam universam terram missus fuisset, ad eam regionem non pervenerit; five quod ante Triptolemum hic Liber, quisquis fit, ad Indos profectus frugum nostrarum femina iis dederit. Primum etiam Liberum boves aratro junxisse, et plerosque Indorum ex erronibus aratores fecisse, martisque armis armavisse: et cultum cum aliorum deorum, tum sui ipsius docuisse, quem cymbalorum et tympanorum pulsu fieri iussit. Saltationem etiam satyricam induxisse, quam Graeci Cordaca vocant. Ad haec comam deo nutrire, mitram gerere, unguentis-

6. τῆ ἡμετέρῃ — ex Opt. pro τῆ ἡμέρῃ, i. e. mitium fructuum. Sed prius huic loco magis convenit, et Diodor. disertè dicit: Indis fruges Cereales non defuisse; sed praeter eas magnam quoque leguminum et copiam et varietatem adfuisse.

8. μᾶλλον δὴ ex Opt. pro μάλιστα δὴ. Ex eodem διδάξαι, pro ἐκδιδάξαι, et μίτρη φορέειν, pro μίτρηφορέειν.



ρων ἀλοιφὰς ἐκδιδάξαι, ὥστε καὶ εἰς Ἀλέξανδρον ἔτι ὑπὸ κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων ἐς τὰς μάχας Ἴνδοὶ καθίσαντο.

que uti ostendisse Bacchum : adeo ut ad Alexandri usque tempora cum cymbalis et tympanis praelia Indi inierint.

9. Ἴνδοὶ καθίσαντο ex Opt. et aliis pro Ἴνδῶν καθίσασθαι.

ANIMADVERSIONES AD CAP. VII.

Arg. Quot Indiae gentes? Historia Indorum; primi Indi fuerunt nomades et feri, donec molliores redderentur a Baccho, cujus merita de Indis describuntur.

1. εἴκοσι καὶ ἑκατὸν] Plinius VI, 17. et Senecam, ait, CXIX gentes indicas numerasse. In libris Senecae superstitibus non invenitur locus; sed fuit sorte ex ejus Historia. Inter Indum et Hypanim IX gentes habitare et V. M. urbēs sitas esse, quarum nullam fuisse minorem Co Meropide, narrat Apollodorus apud Strabonem pag. 472. et Plin. VI, 17. De quo numero Strabo ipse dubitat p. 482. Frequentia hominum, quam veteres tribuunt τῷ Panje - ab, nimia est, et sine dubio exaggerata. At si detrahimus, quod detrahi potest, maximam tamen eam fuisse, certum est.

2. νομάδες] vagos, neque certis sedibus habitantes, sed cum pecoribus pasculi causa oberrantes. Differunt νομέες et νομάδες. Indicis est locus c. II, II., ubi νομέες pastores

dicuntur esse νομάδες, vagabundi. Raph. et Gron. Plin. VI, 17. et posterioribus temporibus in India nomades fuisse dicit. De Scythis vide Herodotum lib. IV. Justinum II, 2.

3. Φλοιόν] Ita vero in omnium fere populorum prima ac fabulosa historia eos glandibus vel arborum corticibus vesci solitos narratur, donec quis victum et mores molliores eos docuerit.

τολύπας] Casaubonus in castigationibus in quintum decimum Strabonis obiter interpretem μασιγοῖ, nec omnino abs re. Quid enim erat causa, cur οἷάπερ τολύπας verteret carnosum quiddam? Atqui ipsa scriptoris veritas, nisi prorsus ἐθελοκωφῶμεν, arguunt intelligi debere de lanigeris Indiae arboribus. Critici veteres τὰς τολύπας interpretantur lanae bene

bene elaboratae ac depexae, et ad nendum concinnatae globos five glomos. Hefychius: *τολύπαι*, τὸ κατασκευασὸν (Suidas addit καὶ τὸ περιλοκαλημένον) ἔριον. Idem *τολύπην* exponit ἀγαθίδιον εἴμενος ἢ βραδάνης. A quibus non dissentiunt glossae Latinorum. Sed huc facit imprimis Arriani locus, qui infra sic legitur: *ἔσθῃτι δὲ Ἴνδοὶ λινὴν χρέονται, κατὰπερ λέγει Νέαρχος, λίνα τῶ ἀπὸ τῶν δένδρων, ὑπὲρ ὅσα μοι ἦδη λέλκτα.* De lanigeris arboribus se prius dixisse innuit, at ubi te quaeso dixit, nisi unico loco, quem prae manibus habemus? Neque offendaris voce *λίνα*, quia τὸ λίνον et τὸ ἔριον in his ejusdem sunt potestatis. Hefychius: *λίνω*, ἔριω. Strabo l. XV. *ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας, ἐνίοις καὶ ἐπανθεῖν ἔριον. ἐκ τάτων δὲ Νέαρχος φησὶ τὰς εὐητρίας ὑφαίνεσθαι συνδόνας.* Idem paulo post ex Aristobulo tradit: *τῶν ἐρισφόρων δένδρων τὸ ἄνθος ἔχειν πυρῆνα. ἐξαιρέθέντος δὲ τάτων, φαίνεσθαι τὸ λοιπὸν, ὁμοίως ταῖς ἐρέκεις.* Ut igitur in summitate palmarum arborum palmulae nascuntur, quarum involucria, priusquam fructus maturescat clauduntur, dein maturitate se recludunt: ita in lanigeris arboribus id quod lanam continet, compressum est, mox maturitate ruptum ostendit lanuginis pilas, ex quibus vestes con-

ficiuntur. Theophrastus de arboribus Tyli libro IV, 9.: *Φέρειν δὲ τὴν γῆσον καὶ τὰ δένδρα καὶ τὰ ἐρισφόρα πολλά. ταῦτα δὲ φύλλον μὲν ἔχειν ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, πλὴν μικρόν· καρπὸν δὲ ἄδνα Φέρειν. ἐν ᾧ δὲ τὸ ἔριον, ἠλίκον μῆλον ἑαρινὸν συμμεμυκός. ὅταν δὲ ὠρατῶν ἦ, ἐκπετάνυσθαι καὶ ἐξαιρεῖν τὸ ἔριον, ἐξ ἧ τὰς συνδόνας ὑφαίνουσι, τὰς μὲν εὐτελεῖς, τὰς δὲ πολυτελεστάς.* Additque: *γίνεται δὲ τῆτο καὶ ἐν Ἴνδοις, ὡσπερ ἐλέχθη, καὶ ἐν Ἀραβίᾳ.* Designat dicti libri cap. V. *Blanc.* ex Salmasii Plinian. Exercit. pag. 297. De lanigeris arboribus, praecipue insulae Tyli, vide Plin. XII, 10, 11. Veteres vero consentiunt omnes, Indos ex lana quadam arborum subtilissima vestes suas confecisse. In palmis quibusdam invenitur textura quaedam pilosa, e quibus nunc funes conficiunt, eosque firmissimos. Vocem *Tala* inveni in Burm. Fl. Zeylanica significare palmam; scribitur *Tala* et *Talghala*, et *Tal* et similiter; cujus fructus et teneriorem corticem ab Indis edi, etiam Rennel asserit. In *horto malabarico* I, p. 11. describitur arbor *Carim - Panà*, cujus duae species a Braminis *Talatamadò* vocantur. Prior, ab incolis in Zeylan *Talagaha* vocata, ad palmas flabellifolias pertinens, in medio caudice corculum molle habet,

habet, et insuper, ubi foliorum laciniae vel divisurae incipiunt, filamenta plurima, teretia, ejusdem cum lacinii longitudinis, quae deorsum propendent. Nunc vocari solet Lontarus domestica, de cujus multiplici usu vide Rumphium in Herb. Amb. Tom. I. p. 45. seqq. Succus ejus sapit ut dulce vinum; ex eo conficitur Schagara, i. e. fuscum saccharum. (Id enim vocabulum originem habet indicam.) Fructus ejus variis modis praeparati eduntur. Tenera ejus folia discindi possunt, atque nectendo tegetes ex iis conficiuntur, interdum perfubtiles. Apud Forsterum, V. Celeberrimum et benignum, ex foliis discissis arborum confectas tegetes vidi easque subtilissimas. Huic arbori Tala Arriani maxime convenire videtur.

7. Omnia, quae a sect. 2. per totum caput scribit, cum Diod. II. pag. 123. ex eodem fonte habet. Quae pauca differunt, ipse videas. Satis est, utrumque a Baccho (vel peregrino) quem Diodorus, ex narratione doctorum Indiae, ex occiduis terrae partibus Indiam intrasse,

diserte dicit, molliores et cultiores Indos redditos tradere. Sed hoc sine dubio est fabula indica. India in orbe terrarum, maxime propter victus acquirendi facilitatem, ea regio est, in qua facillime ars quaevis inveniri potuit. Sed inveniebantur paulatim; et posteri, tot artes mirati, deum eas invenisse sibi persuadebant. Mihi verosimile est, deum aliquem Indum, quem Indos eadem fere, quae Bacchus Graecos docuit, docuisse, fabulosis narrationibus traditum erat, a Graecis vel Macedonibus Bacchum vocatum esse, praecipue quia jam diu inter Graecos fabula credebatur, Bacchum longissime orientem versus et ad Indos usque expeditionem fecisse. De muneribus Bacchi in Indos cf. St. Croix pag. 313.

8. *κρόδακα*] Cordax fuit genus saltationis apud Graecos lascivum, impudicum, quod virum nonnisi ebrium saltare posse putabant. Vide Steph. Thes. L. Gr. Tom. IV. p. 1268. Saltatrices lascive saltantes et nunc in India inveniuntur. Quas Macedones videntes a Baccho artem didicisse persuasi erant.

VIII. Ἀπίοντα δὲ ἐκ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ὡς οἱ ταῦτα κεκοσμέατο, καταστῆσαι βασιλέα τῆς χώρας Σπατέμβαν, τῶν ἐταίρων ἓνα, τὸν Βακχωδέσατον· τελευτήσαντος δὲ Σπατέμβαν, τὴν βασιλείην ἐνδέξασθαι Βουδύαν τὸν τούτου παῖδα· καὶ τὸν μὲν πενήκοντα καὶ δύο ἔτεα βασιλεῦσαι Ἰνδῶν, τὸν πατέρα· τὸν δὲ παῖδα, εἴκοσιν ἔτεα· καὶ τούτου παῖδα ἐνδέξασθαι τὴν βασιλείην Κραδεύαν· καὶ τὸ ἀπὸ τούδε, τὸ πολὺ μὲν κατὰ γένος ἀμείβειν τὴν βασιλείην, παῖδα παρὰ πατρός ἐνδεχόμενον· εἰ δὲ ἐκλείποι τὸ γένος, οὕτω δὴ ἀρισίνδην καθίσασθαι Ἰνδοῖσι βασιλέας. Ἡρακλέα δὲ, ὅτινα ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκεσθαι λόγος κατέχει, παρ' αὐτοῖσιν Ἰνδοῖσι γηγενέα λέγεσθαι. Τούτου τὸν Ἡρακλέα μάλιστα πρὸς Σουρασηνῶν γεραίρεσθαι, Ἰνδικῷ ἔθνος, ἵνα δύο πόλιες μεγάλαι, Μέθορά τε καὶ Κλεισό-

VIII. Discedentem vero ex India Liberum rebus ita constitutis, regem Indis praefecisse Spatembam, unum ex amicis, rerum Bacchicarum peritissimum. Quo mortuo, ad Budyam ejus filium regnum transfisse. Et Spatembam quidem annos LII Indis regnavisse: Budyam non plus XX. Hujus filium Cradevam in regnum succeísse; atque exinde plerumque et successionem regnum a patribus in filios per manus esse traditum. Si vero regem absque liberis decedere contingeret, optimos quosque ab Indis reges creatos esse. Herculem porro, quem ad Indos pervenisse fama est, terrigenam ipsos Indos vocasse, (auctor est Megasthenes,) atque hunc a Surasenian Indica gente praecipue coli, qui quidem duas ma-

## NOTAE CRITICAE AD CAP. VIII.

1. Σπατέμβαν et Σπατέμβαν, ex Opt. pro vulgato Σπαρτέμβαν et Σπαρτέμβαν.

Βορα, καὶ ποταμὸς Ἰωβάρης πλωτὸς διαρρέει τὴν χώραν αὐτῶν. Τὴν σκευὴν δὲ οὗτος ὁ Ἡρακλῆς ἦντινα ἐφόρει, Μεγασθένης λέγει ὅτι ὁμοίῃ τῷ Θηβαίῳ Ἡρακλεῖ, ὡς αὐτοὶ Ἴνδοι ἀπηγέονται· καὶ τούτῳ ἄρσενας μὲν παῖδας πολλοὺς κάρτα γενέσθαι ἐν τῇ Ἰνδῶν γῆ (πολλῆσι γὰρ δὴ γυναιξίν ἐς γάμον ἐλθεῖν καὶ τοῦτον τὸν Ἡρακλέα) θυγατέρα δὲ μουνογενήν· οὐνομα δὲ τῇ παιδί Πανδαίην· καὶ τὴν χώραν ἵνα τε ἐγένετο, καὶ ἦστινος ἐπέτρεψεν αὐτὴν ἄρχειν Ἡρακλῆς, Πανδαίην, τῆς παιδὸς ἐπώνυμον· καὶ ταύτῃ ἐλέφαντας μὲν γενέσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς ἐς πεντακοσίους, ἵππον δὲ ἐς τετρακισχιλίην, πεζῶν δὲ ἐς τὰς τρεῖς καὶ δέκα μυριάδας. Καὶ τὰδε μετεξέτεροι Ἰνδῶν περὶ Ἡρακλέους λέγουσιν· ἐπέλθοντα αὐτὸν πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ καθάραντα ὅ, τι περ κακόν, κίναϊδος ἐξευ-

gnas urbes habent, Methoram et Clisoboram. Jobares fluvius navigabilis per eorum regionem fluit. Hic Hercules, (ut autor est Megasthenes,) eodem cultu corporis quo Thebanus Hercules utebatur, quod Indi ipsi narrant; multosque admodum ei liberos γῆ mares in India fuisse dicit: (multas enim uxores habuisse etiam hunc Herculem) filiam vero unicum, nomine Pandaeam: regionem quoque in qua nata est, et cujus imperio eam praefecit Hercules, Pandaeam a filiae nomine appellatam: eamque possedisse ab patre elephantos D. equites ad IIII M. pedites circiter CXXX M. Sunt et Indi, qui hoc etiam de Hercule narrent. Quum universam terram ac mare peragraisset, et quidquid erat mali sustulisset,

7. οὐνομα δὲ εἶναι — Verbum substantivum non erat in Optimo. Gron. Quare abjeci.

8. ὅ, τι περ κακόν, κίναϊδος ἐξευρεῖν — Sic legit Gronovius ex Veneta, adscripto solummodo cominate post κακόν.

ρεῖν ἐν τῇ θαλάσῃ κόσμον cinaedos, ornatum quen-  
 γυναικίον· ὄντινα καὶ εἰς τοῦ- 9 dam muliebrem, in mari  
 το ἔτι οἱ τε ἐξ Ἰνδῶν τῆς χώ- reperisse. quem etiam in  
 ρης τὰ ἀγώγιμα παρ' ἡμέας hunc diem qui merces ex  
 ἀγινέοντες σπουδῇ ὠνεόμενοι India ad nos adferunt, ma-  
 ἐκκομίζουσι· καὶ Ἑλλήνων δὲ gno studio ementes expor-  
 πάλαι καὶ Ῥωμαίων νῦν ὅσοι tant: sed et quotquot apud  
 πολυκτέανοι καὶ εὐδαίμονες, Graecos olim et nunc apud  
 μέζουσι (ἔτι) σπουδῇ (ὠνεόν- Romanos ditiores sunt, ma-  
 ται) τὸν μαργαρίτην δὴ τὸν jore adhuc studio emunt  
 θαλάσσιον, οὕτω τῇ Ἰνδῶν margaritam marinam, ita  
 γλώσῃ καλεόμενον· τὸν γὰρ 10 Indorum lingua dictam.  
 Ἡρακλέα, ὡς καλὸν οἱ ἐφάνη Herculem enim quum hic  
 τὸ Φόρημα, ἐκ πάσης τῆς ornatus pulcher ei videre-  
 θαλάσσης ἐς τὴν Ἰνδῶν γῆν tur, margaritas hujus ge-  
 συναγινέειν τὸν μαργαρίτην δὴ neris ex universo mari in

Basil. habet κίναιδον. Vulcanius (ex Vet. Codice) et cum eo Blanc. ὅτι παρ' κανὸν κίναδος, ἐξευρεῖν etc. Ex Optimo nihil notavit Gronovius. Si retines, ut feci, Gronovii interpunctionem, κίναδος est vocabulum indicum et significat margaritam marinam, atque ad id vocabulum alludunt verba, quae mox sequuntur: οὕτω τῇ Ἰνδῶν γλώσῃ καλεόμενον. Sed suspectum id verbum mihi esse fateor, quia in nullo alio auctore eo sensu invenitur. Vide Henr. Stephani et Gesneri thesauros. Scriptura Vulcanii commodum sensum habet, si κίναδος cum Hesychio interpretaris *θηρίον, ὄφει*. Blancardus legi vult: κανὸν, κίναδος ἐξευρεῖν. Et quia Aristophanis scholiastes κίναδος (quod vocabulum gen. neutr.) interpretatur ἢ ἀλώπηξ, hoc loco designari putat, Herculem in ea re callide et prudenter versatum esse. Quod ridiculosum.

9. μέζουσι ἔτι σπουδῇ ὠνεόνται — Secunda et postrema vox abluunt ab Optimo, et prorsus neutra indigeo. Pendent enim omnia ab prioribus. Gron. Utramque un-  
 cis tantum inclusi.

τοῦτον, τῇ θυγατρὶ τῇ ἐωῦ-  
 τοῦ εἶναι κόσμον. Καὶ λέγει 11  
 Μεγασθένης, θηρεύεσθαι τὴν  
 κόγχην αὐτοῦ δικτύοις, νέ-  
 μεσθαι δ' ἐν τῇ θαλάσῃ  
 κατ' αὐτὸ πολλὰς κόγχας,  
 καθάπερ τὰς μελίσσας· καὶ  
 εἶναι γὰρ καὶ τοῖσι μαργαρί-  
 τῃσι βασιλέα, ἢ βασίλισσαν,  
 ὡς τῆσι μελίσσησι. Καὶ ὅστις 12  
 μὲν ἐκεῖνον κατ' ἐπιτυχίην  
 συλλάβοι, τοῦτον δὲ εὐπετέως  
 περιβάλλειν καὶ τὸ ἄλλο συμῆ-  
 νος τῶν μαργαριτῶν· εἰ δὲ  
 διαφύγοι σφᾶς ὁ βασιλεὺς,  
 τούτῳ δὲ οὐκέτι θηρατοὺς εἶ-  
 ναι τοὺς ἄλλους· τοὺς ἀλόν-  
 τας δὲ περιορᾶν κατασαπῆναι  
 σφίσι τὴν σάρκα, τῷ δὲ ὀστέῳ  
 εἰς κόσμον χρῆσθαι. Καὶ εἶναι 13  
 γὰρ καὶ παρ' Ἰνδοῖσι τὸν μαρ-  
 γαρίτην τριζάσιον κατὰ τιμὴν  
 πρὸς χρυσίον τὸ ἀπεφθον,  
 καὶ τοῦτο, ἐν τῇ Ἰνδῶν γῆ  
 ὄρυσσόμενον.

Indiam collegisse, quibus  
 filia ejus ornaretur. Me-  
 gasthenes concham hujus  
 margaritae retibus capi scri-  
 bit; versari autem in mari  
 eodem loco agmen multa-  
 rum concharum, veluti  
 apum examen. Regem enim  
 suum etiam aut reginam  
 margaritas habere, ut apes:  
 ac si forte contingat regem  
 capi, reliquum etiam mar-  
 garitarum examen celeriter  
 ab eodem circumcingi: si  
 vero rex piscatores evadat,  
 ne reliquas quidem conchas  
 capi posse. Earum carnes  
 Indos ubi eas ceperint pu-  
 trescere finire: osse ad or-  
 natum uti. Esse autem  
 etiam apud Indos margari-  
 tas ter tanto auri solidi,  
 quod etiam in India effodi-  
 tur, pondere aestimatas.

11. κατ' αὐτὸ ex Opt. et duobus aliis pro vulgato  
 κατ' αὐτήν.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. VIII.

*Arg. Reges Indorum post Bacchum. Indorum de Hercule narratio. De margarita indica.*

1. Diod. lib. II. ex Indorum narrationibus refert: „Bacchum LII annos regnum totius Indiae obtinuisse, et tandem senem mortuum esse. Filios post eum regnasse et posteris suis deinceps regnum tradidisse, donec multis saeculis post, abrogata potestate regia, populare civitates regimen instituerint. Haec de Baccho et ejus progenie montanos retulisse.” Jam supra ex Megasthene monui, Bacchum a montanis coli, Herculem a campestribus. Quod probe tenendum est. Alias enim Indi sibi contradixissent ipsi. Macedones vero et Graeci non, ut debuere, et quae montani a Baccho, et quae campestris ab Hercule narrare, satis distinxerunt. Caeterum, quantum scio, de his veteribus Indiae regibus nihil amplius constat.

4. Herculem hunc verosimile est fuisse heroem indicum, quales habent nationes omnes. Quem quum Macedones audirent familia fere fecisse quam Hercules graecus, indico ejus nomine misso, Herculem vocarunt.

5. De Surafenis, et urbibus Methora et Clisobora

nihil certi scio. Methora convenire videtur urbi Matura, quam video in Rennelii mappa. Clisobora, num est Dehli? De Jobare vide not. ad c. 4, 5. Jobarem vero eundem esse cum Jomane Plinii vides, quia dicit IV, 19.: „Annis Jomanes in Gangem per Palibotros decurrit inter oppida Methora et Cyrisobora (vel Chrysobora).” Hunc locum Plinius et Arrianus ex eodem auctore descripserunt, ut patet. Eadem urbs est Cyrisobora et Clisobora. Sed Palibotrorum in Plinio mentio debetur, ut opinor, negligentiae librarii, qui quum paulo superius Plinius multa diceret de Palibotris, istud nomen et hoc loco scriberet pro nomine Surafenorum. Nam Plinius c. 17. Palibotra orientem versus a conflente Jomanis et Gangis CCCCXV mill. distare dixerat, ut igitur Plinio ipsi errorem hunc imputare nequeamus.

6. τὴν σκευὴν ] vide not. ad 5, 12. De Hercule indico eadem fere tradidit Diod. lib. II.

7. Πανδαίην ] De Pandaea loquitur etiam Diodorus II, p. 124., quamvis nomen non adjiciat. Pandas, Indiae gentem commemorat Plin.



VI, 20. Ptolemaeus mentionem fecit regni Pandionis, sed nullam regiminis mulierum. Mannert pag. 120. Tom. V. „Plures, ait, harum regionum gentes principem suum non ex filiis regis mortui, sed ex ejus sororum filiis eligere consuevit. Qui mos, si satis est antiquus, facile a navigatore male intellectus fabulae de Pandaea ansam praebuit.„ Alii esse videntur Padaei, de quibus fabulosa narrat Herodotus III, 99.

11. κατ' αὐτὸ ] Gronovius supplet κίναςδος. Quod mihi longius repetitum videtur. Suppleo χωρίον, eodem loco, simul, una. De concharum quasi regina loquitur etiam Plin. IX, 35. Sed fabula esse videtur. Nusquam enim terrarum conchas margaritiferas aliter et piscantur et piscati sunt quam per urinatores, qui in fundo maris conchas colligunt. Addit Plin.: Oceanum quidem indicum maxime mittere margaritas, sed optimas inveniri in sinu persico. Idem multa dicit de luxu veterum cum margaritis. Cf. etiam Freinshem. ad Curt. VIII, 9, 19. seqq.

12. τέττα ] Enallage numeri. Praecedat enim plu-

ralis σφῆς. Vel intelligendus dominus illius piscatus, sive is, qui piscatui praest. Raph.

13. χρυσίον τὸ ἀπεφθον ] Hoc Suidas interpretatur: saepius coctum, ut sit obryzum, sive purissimum. Salmatius contra in Exercit. Plin. pag. 1124. contendit, per χρυσίον ἀπεφθον non obryzum intelligi, aut saepius coctum, sed quod absque igne perfectum in massa reperitur, ἀπυρον aliis vocatum, sive non coctum. Blanc.

ὄρυσσόμενον ] Si quidam (ex. c. Arr. Exped. Alex. V, 4, 10.) dicunt, Indos aurum non habere, suspectum hoc est; ut jam monet Vinc. pag. 70. Contrarium colligi potest ex fabula de fornicis, aurum effodientibus, atque gryphibus, aurum in montibus custodientibus, et quae gentes ad occidentem Indi habitabant, auro tributum Dario pendebant, Herodot. III., quamvis Arrianus has Indis adnumerari non vult. Plin. VI, 22. de monte Indiae loquitur, in quo multum auri argentique Indi fodiant. Idem VI, 19. fertilissimos auri Dardas esse refert, argenti Setas. cf. Raderus ad Curt. VIII, 9, 18.

IX. Ἐν δὲ τῇ χώρῃ ταύτῃ, ἵνα ἐβασίλευσεν ἡ Θυγάτηρ τοῦ Ἡρακλέους, τὰς μὲν γυναικάς ἐπταετείς εὐούσας, ἐς ὥρην γάμου ἰέναι, τοὺς δὲ ἀνδρας τεσσαράκοντα ἔτεα τὰ πλείετα βιώσκεσθαι. Καὶ ὑπὲρ τούτου λεγόμενον λόγον εἶναι παρ' Ἰνδοῖσιν Ἡρακλέα, ὀψιγόνου οἱ γενομένης τῆς παιδός, ἐπεὶ τε δὴ ἐγγὺς ἔμαθεν ἑαυτῷ εὐούσαν τὴν τελευταίην, οὐκ ἔχοντα ὄτῳ ἀνδρὶ ἐκδῶ τὴν παιδα ἐωῦτοῦ ἐπαξίῳ, αὐτὸν μιγῆναι τῇ παιδί ἐπταετεί εὐούσῃ, ὡς γένος ἐξ οὗ τε κρείνης ὑπολείπεσθαι, Ἰνδῶν βασιλέας. Ποίησαι ὣν αὐτὴν Ἡρακλέα ὠραίνῃ γάμου· καὶ ἐκ τοῦδε ἅπαν τὸ γένος τοῦτο ὅτου ἡ Πανδαίη ἐπῆρξε, ταυτὸ τοῦτο γέρας ἔχειν παρὰ Ἡρακλέους. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, εἴπερ ὣν τὰ ἐς τοσούδε ἄτοπα Ἡρακλέης οἶός τε ἦν ἐξεργάζεσθαι, καὶ αὐτὸν ἀποφῆναι μακροβιώτερον, ὡς ὠραίῃ μιγῆναι τῇ παιδί. Ἀλλὰ γὰρ εἰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς ὥρης τῶν ταύτῃ παιδῶν ἀτρεκέα ἐστίν,

IX. Ad haec in his regionibus quibus Herculis filia imperitavit, foeminas ubi ad septimum aetatis annum pervenerint, viros XL summum annos vivere. Atque hac de re hujusmodi fermonem apud Indos jactari: Quum Herculi jam feni haec filia nata esset, neque procul abesse vitae suae finem suspicaretur, nec inveniret virum tali sponsa dignum, ipsum cum filia septem annos nata coisse, ut sobolem ex se et illa relinqueret, reges Indiae. Herculem itaque illam nubilem fecisse. atque exinde universam eam gentem cui Pandaea imperavit idipsum beneficii ab Hercule accepisse. Mea vero sententia est: si Hercules par erat rei adeo absurdae perpetrandae, diuturnioris etiam se ipsum vitae facere potuisset, ut cum filia matura rem habere posset. Quod si tamen haec de puellarum istius loci maturitate vera sunt, eodem mihi spectare viden-

ἐς τρυτὸν φέρειν δοκεῖ ἔμοιγε  
 ἐς ὅ,τι περ καὶ ὑπὲρ τῶν  
 ἀνδρῶν τῆς ἡλικίης ὅτι τεσ-  
 σακοντούτεες ἀποθνήσκου-  
 σιν οἱ πρεσβύτατοι αὐτῶν.  
 Οἷς γὰρ τό,τε γῆρας τοσῶδε 6  
 ταχύτερον ἐπέρχεται, καὶ ὁ  
 θάνατος ὁμοῦ τῷ γῆρα, πάν-  
 τως που καὶ ἡ ἀμὴ πρὸς λό-  
 γον τοῦ τέλους ταχύτερη  
 ἐπανθῆει· ὥστε τριακοντού- 7  
 τεες μὲν ὠμογέροντες ἂν που  
 εἶεν αὐτοῖσιν οἱ ἄνδρες, εἴκοσι  
 δὲ ἔτεα γεγονότες αἱ ἕξω ἡβῆς  
 νεανίσκοι· ἡ δὲ ἀκροτάτη ἡβῆ,  
 ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτεα·  
 καὶ τῆσι γυναιξίν ὥρη τοῦ γά-  
 μου κατὰ λόγον ἂν οὕτω ἐς  
 τὰ ἑπτὰ ἔτεα συμβαίνοι. Καὶ 8  
 γὰρ τοὺς καρποὺς ἐν ταύτῃ  
 τῇ χώρῃ πεπαίνεσθαι τε τα-  
 χύτερον μὲν τῆς ἄλλης, αὐ-  
 τὸς οὗτος Μεγασθένης ἀνε-  
 γραψε, καὶ φθίνειν ταχύ-  
 τερον. Ἀπὸ μὲν δὲ Διονύσου 9  
 βασιλέας ἠρίθμεον Ἴνδοι ἐς  
 Σανδράκοτταν τρεῖς καὶ πεν-  
 τήκοντα καὶ ἑκατόν· ἔτεα δὲ,  
 δύο καὶ τεσσαράκοντα καὶ  
 ἑξήμισχίλια· ἐν δὲ τούτοισι

tur, quo etiam spectat il-  
 lud de virorum aetate, quod  
 qui quam longissime vivunt  
 quadragesimum annum non  
 excedant. Quibus enim  
 senectus tanto celerius ad-  
 venit, atque simul cum se-  
 nectute mors, iis omnino  
 et vigor aetatis, proportio-  
 ne quadam ad finem vitae  
 habita, citius accedat ne-  
 cesse est, ita ut viri triginta  
 annos nati, iam ad primam  
 illam viridem senectam per-  
 venisse dicendi sint: et qui  
 xx, juvenes quidem sint,  
 sed qui pubertatis aetatem  
 excefferint: qui circiter xv,  
 summis pubertatis viribus  
 floeant; et foeminis ea-  
 dem ratione maturitas ad  
 nuptias septimo anno con-  
 tingat: quippe et fructus  
 in ea regione citius quam  
 in alia ulla maturefcere, ci-  
 tiusque interire idem Me-  
 gasthanes scribit. A Bac-  
 cho quidem ad Sandracot-  
 tam Indi reges numerabant  
 CLIII, annos vero VI  
 M XLII. In his vero ter  
 summam rerum in liberta-

τρὶς τὸ πᾶν εἰς ἑλευθερίην \*  
 τὴν δὲ, καὶ ἐς τριακόςια· τὴν  
 δὲ, εἴκοσί τε ἑτέων καὶ ἑκα-  
 τόν· πρεσβύτερόν τε Διόνυ-  
 σον Ἡρακλέους δέκα καὶ  
 πέντε γενεῆσιν Ἴνδοὶ λέγου-  
 σιν· ἄλλον δὲ οὐδένα ἐμβα-  
 λεῖν ἐς γῆν τῶν Ἰνδῶν ἐπὶ πο-  
 λέμῳ· οὐδὲ Κῦρον τὸν Καμ-  
 βύσεω, καίτοι ἐπὶ Σκύθας  
 ἐλάσαντα, καὶ τᾶλλα πολυ-  
 πραγμονέσατον δὴ τῶν κατὰ  
 τὴν Ἀσίην βασιλέων γενόμενον  
 τὸν Κῦρον. Ἄλλὰ Ἀλέξαν-  
 δρον γὰρ ἐλθεῖν τε καὶ κρα-  
 τῆσαι πάντων τοῖς ὀπλοῖς,  
 ὅσους γε δὴ ἐπῆλθε· καὶ ἄν  
 καὶ πάντων κρατῆσαι, εἰ ἢ  
 στρατιῇ ἤθελεν. Οὐ μὲν δὲ  
 οὐδὲ Ἰνδῶν τινα ἔξω τῆς οἰ-  
 κείης σαλῆναι ἐπὶ πολέμῳ,  
 διὰ δικαιοσύνην.

tem \* deinde adeo per  
 annos CCC, denique per  
 annos CXX. Bacchum etiam  
 Indi Hercule antiquiorem  
 esse dicunt XV aetatibus:  
 nullumque alium belli in-  
 ferendi causa fines suos in-  
 gressum: neque Cyrum Cam-  
 bysis filium, quamvis is ad-  
 versus Scythas exercitum  
 duxerit, et alioqui plurima  
 molitus sit inter reges Asiae.  
 Alexandrum vero in eas re-  
 giones venisse, omnesque  
 armis subegisse ad quas per-  
 venerit: ac caeteros omnes  
 subacturum fuisse, nisi exer-  
 citus ulterius progredi re-  
 cufasset. Sed neque Indo-  
 rum quemquam extra pa-  
 triam profectum esse ad bel-  
 lum, propter iustitiam.

## NOTAE CRITICAE AD CAP. IX.

9. εἰς ἑλευθερίην — Videtur hic aliquid deesse, nec a li-  
 bris, aut ingenio praesidium. *Blanc.* Secunda hic est  
 lacuna, prima fuit in *Exped. VII, 13.* Deest verbum  
 ad ἑλευθερίην, et primus numerus. *Grönovium* ex  
*Optimo Codice* nihil notasse miror. Facius locum  
 vertit: „Ex quibus omnibus saeculis ab initio CCC  
 annos, iterum C et XX liberi suis legibus vixere.“ —  
 Ut vero sibi constet auctor, scripsi *Σανδράκοτταν* pro *Σαν-  
 δρόκοτον.* cf. not. ad 5, 3.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. IX.

*Arg. Brevis aetas hominum et praematurae nuptiae in Pandaea, Hercule auctore. Numerus regum et annorum a Baccho ad Sandracottam. Praeter Bacchum, Herculem et Alexandrum neminem in Indiam expeditionem fecisse, neque Indos ipsos in alias gentes.*

1. ἐπταετῆς ἔξωσ] Audi-  
verat Megasthenes, ut opi-  
nor, de maturis desponsio-  
nibus in India. Non raro  
enim pater filiam vix qua-  
tuor annos, plerumque ta-  
men septem annos natam  
puero despondet, cum quo  
tamen ante pubertatem rem  
non habet. Pubertas vero,  
ut fit in regionibus calidior-  
ibus, citior adest, quam  
apud nos; in India circiter  
anno aetatis decimo tertio.  
Tanto vero citius quoque  
mulieres parere desinunt.  
Aetas Indorum in genere  
nec brevior nec longior est  
nostra. Veteres vero multa  
fabulantur, sed contraria  
Arriano. Onesicritus ex. c.  
(ap. Strab. p. 482.) Musica-  
nos et reliquos Indos ad  
CXXX annos vivere dixit;  
longius adhuc Seres, et qui-  
dem ad ducentimum an-  
num, p. 484. Sed debet  
hoc Onesicritus Ctesiae, qui  
in Photii Excerpt. c. 15. In-  
dos supra 120 usque ad 200,  
qui plurimum, annos vi-  
vere dicit.

2. τελευτήν] Diodorum et  
Arrianum haec de Hercule  
ex eodem fonte, Megasthe-  
ne, hausisse, non dubito.

At differunt tamen. Arria-  
nus Herculem mortuum esse  
dicere videtur. Diodori au-  
tem verba innuunt, eum  
miro aliquo modo, sicut  
Herculem Graecum, e mor-  
talibus summotum et hono-  
ribus divinis cultum esse.  
Idem addit: Herculem filiis  
adultis Indiam universam in  
partes aequales divisisse, quo-  
rum ab Hercule conditorum  
regnorum quaedam Alexan-  
dri adhuc adventu floruisse,  
reliquis in democratias im-  
mutatis.

Ἰνδῶν βασιλέας] elegans et  
frequentata scriptoribus ap-  
positio, ut ex se et illa ge-  
nus relinqueretur, nempe  
reges Indiae. Gron.

4. τὰ ἐς τοσόνδε ἄτοκα] rem  
adeo absurdam, adeo incre-  
dibilem, adeo miram dicit  
de facto illo Herculis, se-  
ptennes puellas viripotentes  
reddentis. Argumentatur ex  
loco parium ita: Si nubiles  
facere puellas Hercules po-  
tuit, etiam vitam sibi pro-  
ducere potuisset. Raph.

5. οἱ πρεσβύτατοι αὐτῶν] Eadem ratio est maturitatis  
puellarum et aetatis viro-  
rum. Quibus enim tam  
breve est vitae spatium, eos

neceſſe eſt citius ad vigorem aetatis pervenire. Quod in brutis, maxime infectis videre licet, quorum nonnulla eadem aetate et generantur et ova pariunt, et quali ſenio conſecta intereunt. *Raph.* Fabula ſunt haec de vitae brevitate Indorum.

8. τὰς καρπὲς] Citius in India fruges matureſcere, hoc non mirandum eſt. Sed uno omnes veteres ore laudant Indiae fertilitatem, ex c. Megathenes et Eratoſthenes ap. Strab. pag. 477, ubi de duplici Indiae meſſe, Diod. l. II, p. 121. et Plin. VI, 17.

9. ἀπὸ μὲν δὴ Διονύσου] Paulo aliter Plinius lib. VI, 17: Colliguntur a Libero patre ad Alexandrum Magnum reges eorum CLIII, annis quinque Mill. CCCCLII. adjiciunt et meſes tres. *Raph.*

10. γενεῶν] aetatibus, ut Curtius loquitur VIII, 6, 6. Aetas autem paulo plus triginta annorum ſpatio (33½)

circumſcribitur, uti ex Herodoto apparet, qui tribus γενεαῖς compleri dicit centum annos ſive ſaeculum. *Raph.*

ἄλλον δὲ ἐδέναι] ſc. praeter Bacchum et Herculem, ac denique Alexandrum. Idem jam dixerat ſupra c. 5.

πολυπραγμονέσαστον] Nul- lum ait Aſiae regum plura fuſcepſiſſe bella, quam Cyrum. Notat autem iſtud verbum ſimul nimiam quandam rerum gerendarum cupiditatem, etiam nihil ad ſe pertinentium. *Raph.* Megathenes (ap. Strabonem pag. 472.) dixerat, Cyrum, quum in Maſſagetas duceret, prope acceſſiſſe, at Indiam ipſam non intraſſe.

12. διὰ δικαιοσύνην] Propterea, quod juſti eſſent Indi, neque aliena appetent, bellis externis abſtinuerunt, neque cujuſquam regionem invaſerunt. Particula ἀδὲ reſpectum habet ad ſuperiora, quod neque Indi alii, neque aliis Indi bellum intulerint. *Raph.*

X. Λέγεται δὲ καὶ τάδε, <sup>1</sup> μνημεῖα ὅτι Ἴνδοὶ τοῖς τελευ-  
 τήσασιν οὐ ποιεῖουσιν, ἀλλὰ  
 τὰς ἀρετὰς γὰρ τῶν ἀνδρῶν  
 ἱκανὰς εἰς μνήμην τίθενται  
 τοῖσιν ἀποθανούσι, καὶ τὰς  
 ᾠδὰς αἰ αὐτοῖσιν ἐπάδονται.  
 Πόλεων δὲ ἀριθμὸν οὐκ εἶναι <sup>2</sup>  
 ἀν' ἀτρεκέως ἀναγράψαι τῶν  
 Ἰνδικῶν, ὑπὸ πλήθους· ἀλ-  
 λά γὰρ ὅσαι παραποτάμια  
 αὐτέων, ἢ παραθαλάσσιαι,  
 ταύτας μὲν ξυλίνας ποιεῖσθαι·  
 οὐ γὰρ εἶναι ἐκ πλίνθου ποιεο- <sup>3</sup>  
 μένας διαρκεῖσαι ἐπὶ χρόνον,  
 τοῦ τε ὕδατος ἕνεκα τοῦ ἐξ  
 οὐρανοῦ, καὶ ὅτι οἱ ποταμοὶ  
 αὐτοῖσιν ὑπερβάλλοντες ὑπὲρ  
 τὰς ὄχθας, ἐμπύπλασι τοῦ  
 ὕδατος πρὸς πεδιά. Ὅσαι δὲ <sup>4</sup>  
 ἐν ὑπερδεξίοις τε καὶ μετεώ-  
 ροις τόποισι, καὶ τούτοισιν  
 ὑψηλοῖσιν, ὠκισμένα ἐῖσι,  
 ταύτας δὲ ἐκ πλίνθου τε καὶ  
 πηλοῦ ποιεῖσθαι· μεγίστην δὲ <sup>5</sup>  
 πόλιν Ἰνδοῖσιν εἶναι Παλίμ-  
 βοθρα καλεομένην, ἐν τῇ Πρα-

X. Feruntur etiam haec:  
 Non condere Indos moni-  
 menta mortuis; virtutes  
 enim virorum ad perpetuan-  
 dam post mortem memo-  
 riam sufficere existimant,  
 et carmina atque odas, quae  
 in eorum honorem canun-  
 tur. Urbium vero Indica-  
 rum numerum prae multi-  
 tudine compertum non esse:  
 eas vero quae juxta flumi-  
 na aut mare sitae sint, ex  
 lignea materia constructas  
 esse; neque enim, si ex la-  
 tere confectae essent, lon-  
 go tempore duraturas, tum  
 propter imbres, tum quod  
 amnes superatis ripis plana  
 loca aqua repleant. Quae  
 vero in superioribus et sub-  
 limioribus (quam inunda-  
 tio) praecipue vero altis  
 locis positae sint, ex late-  
 ribus et caemento factas  
 esse. Maximam autem apud  
 Indos urbem esse Palimbo-

## NOTAE CRITICAE AD CAP. X.

1. Vocem ἱκανὰς non habet Opt. Quam abjicere tamen nolui. Mox vero in verbis πόλεων δὲ καὶ ἀριθμὸν recte Optimus et Codex August. copulam ignorant, quam abjeci.

σίων γῆ, ἵνα αἱ συμβολαί εἰσι τοῦ τε Ἐραννοβόα ποταμοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω· τοῦ μὲν Γάγγεω, τοῦ μεγίστου ποταμῶν· ὁ δὲ Ἐραννοβόας, τρίτος μὲν ἀν' εἴη τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, μέζων δὲ τῶν ἄλλῃ καὶ οὗτος· ἀλλὰ ξυγχαφρεῖ αὐτὸς τῆ Γάγγῃ, ἐπειδὴν ἐμβάλλῃ ἐς αὐτὸν τὸ ὕδωρ. Καὶ λέγει Μεγασθένης, μῆκος 6 μὲν ἐπέχειν τὴν πόλιν καθ' ἑκατέρην τὴν πλευρὴν, ἵνα περ μακροτάτη αὐτὴ ἐωυτῆς ὀκίσει, ἐς ὀγδοήκοντα σταδίους· τὸ δὲ πλάτος, ἐς πεντεκαίδεκα· τάφρον δὲ περιβεβλη- 7 σθαι τῆ πόλει τὸ εὖρος ἑξάπλευτρον, τὸ δὲ βάθος τριήκοντα πήχεων· πύργους δὲ ἑβδομήκοντα καὶ πεντακοσίους ἐπέχειν τὸ τεῖχος, καὶ πύλας τέσσαρας καὶ ἑξήκοντα. Εἶναι δὲ καὶ τόδε μέγα ἐν τῇ 8 Ἰνδῶν γῆ, πάντας Ἰνδοὺς εἶναι ἐλευθέρους, οὐδέ τινα δοῦλον εἶναι Ἰνδόν· τοῦτο μὲν Λακεδαιμονίοισιν ἐς ταῦτο συμβαίνει καὶ Ἰνδοῖσιν. Λα- 9 κεδαιμονίοις μὲν γε οἱ Ἑλωτες

5. μέζων δὲ τῶν ἄλλῃ καὶ πτος — ex Opt. et alio C. Vulgo τῶν ἄλλων.

thra in Prasiurum finibus, ad Erannoboae et Gangis fluminum confluentem: ac Gangis quidem maximi omnium fluminum. Eran- noboas autem tertius fortasse fuerit Indiae fluminum, et major hic quoque aliarum terrarum fluviis, sed Gangi cedit, quum in eum aquam suam immisit. Ait porro Megasthenes longitudinem urbis esse ab utroque latere, qua longissime habitatur, stadiorum LXXX, latitudinem xv. fossamque urbi circumductam, latitudine sex jugerum, altitudine cubitorum xxx, murum turres habere DLXX, portas LXIV. Hoc etiam esse memorabile in India, omnes Indos liberos esse, neque ullum omnino Indum servum esse. qua quidem in re Indis cum Lacedaemoniis convenit. Lacedaemoniis tamen Helotes



δοῦλοὶ εἰσι, καὶ τὰ δούλων ἐργάζονται. Ἰνδοῖσι δὲ, οὐδὲ ἄλλος δούλος ἐστὶ, μήτοιγε Ἰνδῶν τις.

fervi sunt, ferviliaque munia obeunt. Indis vero neque alius fervus est, nedum Indorum quisquam.

ANIMADVERSIONES AD CAP. X.

*Arg. Quomodo Indi mortuos honorant. De urbium Indicarum multitudine, et ratione eas construendi, prae-cipue de Palimbothris. Nemo in India servus.*

2. πόλεων δὲ ἀριθμὸν] Graecos divitias potentiam et frequentiam urbium et hominum vero majorem descripsisse, negari nequit. Eamque autem Alexandri tempore maximam fuisse certum est. cf. Vincent pag. 69 - 76. et supra nota ad c. 7, 1.

3. ἐκ πλίνθας] ex latere, non cocto, sed crudo, cujus et apud Plinium mentio fit lib. 35. c. 14. init. *Raph.*

5. Παλίμβοθρα] Ex Strabone Arriano addendum est, moenia fuisse lignea; (ob aquas) atque perforata, ut per foramina sagittent, et fossam non tutelae modo gratia, sed et purgamentorum ex urbe affluentium causa fuisse. Erat haec urbs caput Praefiorum vel Praefiorum, gentis potentissimae, cujus rex fuit Sandracottas. De magnitudine Palibotrorum loquitur etiam Plin. VI, 19. Herculem Palibothra condidisse tradit Diodor. lib. II. In Asia tanta urbis

magnitudo admiranda non est, domibus non, sicut apud nos, ordine deinceps aedificatis, sed passim ac temere. Situs urbis non certus est. Supra c. 2, 9. Arrianus ipse dixerat, paucos de Palimbothris scripsisse, ut igitur mirum non sit, si et nos de ejus situ dubii simus. Strabo pag. 483. ex Megasthene Palibothra sita esse dicit ad confluentem Gangis καὶ τῆ ἄλλης ποταμῆ, quod vertunt: et alius fluminis; quali Strabo non dignum judicasset Erannoboam nominari, quod non sit tantae magnitudinis. Sed non attenderunt verba graeca, aperte corrupta. Si versio justa esset, legi deberet καὶ ἄλλης ποταμῆ. At articulus adjectus docet in ἄλλης nomen fluvij latere. Et quia tam Strabo quam Arrianus Megasthenem sequuntur, nullus dubito, et Strabonem scripsisse sicut Arrianum τῆ Ἐρραννοβόα ποταμῆ. Si qui putent, τῆ (pro τινός) non τῆ scribendum esse, tamen

men et huic voculae locus non convenit, sed legendum esset ἄλλε τε vel ἄλλε τε τε, ut in Exped. V, 9, 8. 20, 9. Rennelio auctore pag. 49. seqq. non procul a Patnis ruinae veteris urbis repertae sunt, cui nomen fuerat Patelputer vel Pataliputra, et haec quidem urbs Palimbothra (Palibothra, Palibotra) veterum esse videtur. Si veteres dicunt, Palimbothra ab ostio Gangis abesse vel 6000, vel 5000, vel 5100 stadiis, etiam hoc illis ruinis convenit, ut docet Mannert pag. 100. seqq. et 148. Hoc solum obstat, ab Arriano Erannoboam vocari magnum fluvium, qui ibi non invenitur; sed errorem in Arriano esse arbitratur Mannert l. l. vel esse intelligendum fluvium Gundak, qui e regione hujus urbis in Gangem effunditur. cf. supra nota ad c. 4, 3. Robertson de vetere India not. XIII. propter nostrum locum Erannoboam pro Dschumna et Palibothra pro Allahabad habet, cujus urbis vetus nomen fuisse Praeg vel Piyag, et incolarum regionis Praegi; quod non parum convenire cum vete-

rum Praeis. Sed recte Mannerto et Sprengelio (in libro: Geschichte der wicht. geogr. Entdeckungen) Rennelii conjectura praeferenda videtur. Nam Plinius quoque Palibotra longius orientem versus a confluyente Jomanis et Gangis sita esse dicit, quamvis nimius sit numerus CCCCXV mill. pass. quem adscripsit. Mannert „CCXXV mill.“ legendum censet. De alio huc pertinente Plinii loco vide not. ad c. 8, 5.

μείζων δὲ τῶν ἄλλῃ] Hoc est, ut sit quidem duobus indicis minor, Gange scilicet et Indo, tamen omnibus aliis, quae uspiam terrarum sunt, etiam Nilo, etiam Istro, major. Gron. Verba καὶ ἴστος alludunt ad comparisonem Indi et Gangis cum Nilo Istroque, c. 4. extr.

ἔσυγχωρεῖ] cedit Gangi i. e. nomen suum amittit, postquam in Gangem se immisit. Raph.

8. ἔλευθέρως] Idem habet Diod. II. pag. 124. et Strabo pag. 488. Onesicritus hoc proprium esse dixerat iis, qui Muficano parebant. — Servilia tractabant mulieres.

XI. Νενέμηνται δὲ οἱ πάν- 1  
 τες Ἴνδοι ἐς ἑπτὰ μάλιστα γε-  
 νεάς· ἐν μὲν αὐτοῖσιν οἱ σο-  
 Φισκί εἰσι, πλήθει μὲν μείους  
 τῶν ἄλλων, δόξῃ δὲ καὶ τιμῇ  
 γεραρώτατοι. Οὕτε γάρ τι 2  
 τῷ σώματι ἐργάζεσθαι ἀνασ-  
 καίῃ σφὶν προσιέεται· οὐτέ  
 τι ἀποφέρειν ἀφ' ὅτου πονέου-  
 σιν ἐς τὸ κοινόν· οὐδέ τι ἄλλο  
 ἀνάγκης ἀπλῶς ἐπεῖναι τοῖσι  
 σοφιστῆσιν, ὅτι μὴ θύειν τὰς  
 θεοῖσιν τοῖσι θεοῖσιν ὑπὲρ τοῦ  
 κοινοῦ τῶν Ἰνδῶν· καὶ ὅστις 3  
 δὲ ἰδίᾳ θύει, ἐξηγητὴς αὐτῷ  
 τῆς θεοῖσιν τῶν τις σοφιστῶν  
 τούτων γίνεται, ὡς οὐκ ἂν  
 ἄλλως κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς  
 θύσαντας. Εἰσὶ δὲ καὶ μαν- 4  
 τικῆς οὗτοι μοῦνοι Ἰνδῶν δαή-  
 μονες, οὐδὲ ἐφεῖται ἄλλω  
 μαντεύεσθαι, ὅτι μὴ σοφῶ  
 ἀνδρί· μαντεύουσι δὲ ὅσα ὑπὲρ 5  
 τῶν ὥρων τοῦ ἔτεος, καὶ εἴ-  
 τις ἐς τὸ κοινόν συμφορῇ κα-  
 ταλαμβάνει· τὰ δὲ ἰδία ἐκά-

XI. Distinguuntur autem  
 Indi omnes in septem po-  
 tissimum genera hominum:  
 quorum alii sophistae sive  
 sapientes appellantur, nu-  
 mero quidem reliquis in-  
 feriores; sed honore et glo-  
 ria praestantissimi. Neque  
 enim ad ulla opera quae  
 corpore praestantur adigi  
 possunt: neque quicquam  
 conferunt ad publicum usum  
 ex iis quae labore parant;  
 neque (ut summatim dicam)  
 ullius plane operis necessi-  
 tas sophistis imposita est,  
 quam ut diis pro communi  
 salute sacrificia faciant. Et  
 si quis privatim sacrificat,  
 aliquis ex his sophistis in-  
 terpres sacrificiorum ei ad-  
 jungitur; tanquam aliter  
 accepta diis sacrificia futura  
 non sint. Sunt vero etiam  
 hi soli inter Indos divinan-  
 di periti: neque cuiquam  
 divinatio permittitur, nisi  
 sapienti viro. Vaticinantur  
 autem de temporibus anni,  
 aut si quae publica calamita-

## NOTAE CRITICAE AD CAP. XI.

5. ὑπὲρ τῶν ὥρων ex Opt. pro ὥραιων (quod esset de frugi-  
 bus et annuo proventu). Sed lectionem Optimi ve-  
 ram esse docent Diodorus et Strabo, et Arr. ipse c. 15,  
 12. Mox ex primis editis et quibusdam MSS. scripti  
 τὰ δὲ ἰδία pro τὰ ἰδία δὲ. Adversativam cum Optimo  
 et aliis plane omittere, nimis durum videbatur.

σοισιν οὐ σφιν μέλει μαντεύεσθαι· ἢ ὡς οὐκ ἐξικνεομένης τῆς μαντικῆς ἐς τὰ μικρότερα, ἢ ὡς οὐκ ἄξιον ἐπὶ τούτοις πονέεσθαι. Ὅστις δὲ ἀμάρ- 6  
τοι ἐς τρεῖς μαντευσάμενος, τούτῳ δὲ ἄλλο μὲν κακὸν γίγνεσθαι οὐδὲν, σιωπῶν δὲ εἶναι ἐπάναγκες τοῦ λοιποῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἐξαυγηάσει τὸν ἄνδρα τούτου Φωνῆσαι, ὅτῳ ἢ σιωπῇ κατακέ-  
κρηται. Οὗτοι γυμνοὶ δια- 7  
τῶνται οἱ σοφισταί, τοῦ μὲν χειμῶνος ὑπαίθριοι ἐν τῷ ἡλίῳ, τοῦ δὲ θερέος ἐπὶ ὁ ἥλιος κατέχη, ἐν τοῖσι λειμῶσι καὶ τοῖσιν ἔλεσιν ὑπὸ δένδροισι μεγάλοισιν· ὧν τὴν σκιὴν Νέαρχος λέγει ἐς πέντε πλέθρα ἐν κύκλῳ ἐξικνεέσθαι, καὶ ἂν καὶ μυρίους ἀνθρώπους ὑπὸ ἐνὶ δένδρῳ σιάζεσθαι· τηλημαῦτα εἶναι ταῦτα τὰ δένδρεα. Σιτέονται δὲ ὠραῖα, 8  
καὶ τὸν φλοιὸν τῶν δένδρων, γλυκύν τε ὄντα τὸν φλοιὸν καὶ τρέφειμον, οὐ μείον ἢ περ

tas immineat. De rebus privatis non vaticinantur, sive quod divinandi rationem ad res minores pertinere non putent: sive quod indignum credant circa minutura haec laborare. Quicumque autem ter divinando a vero aberrarit, huic nihil aliud poenae loco infligitur, quam quod ei deinceps silentium agere necesse est: neque est, qui cogeret virum hunc, vocem mittere, cui silentium imperatum fuerit. Hi sophistae nudi degunt. hyeme, sub dio apricantur: aestate quum sol fervet, in pratis et palustribus locis, sub ingentibus arboribus. quarum umbram Nearchus scribit ad quinque jugera in circuitu extendi, facileque dena hominum millia sub unius arboris umbra delitescere; tantae magnitudinis esse eas arbores. Fructibus vero maturis vescuntur, corticibusque arborum, quae et dulces sunt et multi nutrimenti, per-

7. καὶ ἂν καὶ μυρίαις ἀνθρώποις — ex Optimo. Vocem ἀνθρώποις etiam omnes MSti et primae editt. habent. Vulgatum erat: καὶ ἂν μυρίαις ὑπὸ etc.

8. In Opt. defunt voces ἢ μείον.

αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων. Δεῦ- 9 inde atque palmarum fru-  
 τεροι δ' ἐπὶ τούτοισιν οἱ γεωρ- ctus. Secundum genus ho-  
 γοὶ εἰσιν· οὔτοι πλήθει πλεῖ- minum post sophistas sunt  
 σοι Ἰνδῶν ἐόντες· καὶ τού- Agricolae, quorum quidem  
 τοισιν οὔτε ὄπλα ἐστὶν ἀρήϊα, inter Indos tribus plurimos  
 οὔτε μέλει τὰ πολέμια ἔργα, continet. Hi neque arma ha-  
 ἀλλὰ τὴν χώραν οὔτοι ἐργά- bent, quibus in bello utan-  
 ζονται· καὶ τοὺς φόρους τοῖς tur, neque bellicas res cu-  
 τε βασιλεῦσι καὶ τῆσι πόλεσιν, rant: sed agros colunt, et  
 ὅσαι αὐτόνομοι, οὔτοι ἀποφέ- regibus liberisque urbibus  
 ρουσι· καὶ εἰ πόλεμος ἐς ἀλ- 10 testina inter Indos bella in-  
 λήλους τοῖσιν Ἰνδοῖσιν τύχοι, cidant, nec licet militibus,  
 τῶν ἐργαζομένων τὴν γῆν οὐ agricolis manus injicere,  
 θέμις σφὶν ἄπτεσθαι, οὐδὲ neque ipsum agrum vastare.  
 αὐτὴν τὴν γῆν τέμνειν· ἀλλὰ Sed alii inter se bellum ge-  
 οἱ μὲν πολεμοῦσι καὶ κατα- runt, seseque mutuo inter-  
 καίνουσιν ἀλλήλους ὅπως τύ- ficiunt prout res dat; alii  
 χοιοῦν· οἱ δὲ πλησίον αὐτῶν juxta illos tranquille aut  
 κατ' ἡσυχίαν ἀρουῦσιν, ἢ τρυ- arant, aut fruges colligunt,  
 γῶσιν, ἢ κλαδοῦσιν, ἢ θερί- aut poma ab arboribus de-  
 ζουσιν. Τρίτοι δὲ εἰσιν Ἰνδοῖ- 11 cutiunt, aut messi vacant.  
 σιν οἱ νομέες, οἱ ποιμένες τε Tertium genus Indorum;  
 καὶ βουκόλοι, καὶ οὔτοι οὔτε sunt Pastores, five opilio-  
 κατὰ πόλιος, οὔτε ἐν τῆσι κώ- nes, five bubulci, et hi ne-  
 μησιν οἰκέουσι. νομάδες τέ εἰσι, que urbes neque pagos in-  
 καὶ ἀνὰ τὰ ὄρεα βιοτεύουσι· habitant, sed vagabundi in  
 Φόρον δὲ καὶ οὔτοι ἀπὸ τῶν montibus degunt, tributum  
 κτηνῶν ἀποφέρουσι· καὶ θη- vero et hi ex armentis et  
 ρεύουσιν οὔτοι ἀνὰ τὴν χώραν pecore pendunt, avesque  
 ὄρνιθας τε καὶ ἀγρία θηρία. et agrestes feras venantur.

11. In Opt. legitur: φόρον καὶ αὐτοί.

Arrian. Hist. Ind.

E

ANIMAD-

## ANIMADVERSIONES AD CAP. XI.

Arg. De septem Indorum ordinibus. 1) De Sophistis, 2) de agricolis, 3) de pastoribus et venatoribus. Obiter de magnis Indiae arboribus.

1. ἐς ἑπτὰ μάλιστα γυνεῖς ] De tribubus, vel ordinibus, (nunc *Casten*) Indorum apud veteres scripserunt praeter Arrianum, Diodorus Sic. lib. II., Strabo lib. XV. pag. 484. seqq. et Plin. VI, 19. Tres priores omnes auctorem habent Megasthenem, ut ferme dubitem alium quem de hac re scripsisse. Strabo et Arrianus ipsi eum auctorem profitentur, et Diodorus, quamvis Megasthenem non nominet, tum eundem tribuum ordinem, easdem res tradit, quae Strabo et Arrianus, quamvis interdum paulo negligentior, tum adeo iisdem interdum verbis utitur, ut dubium non relinquatur. Sic ex. c. Arr. sect. 11, et Diod. II. p. 125. inter ποιμένας et βεκόλας distinguunt. Omnes tres denique post recensum tribuum eadem subnectunt, quae apud nostrum vides c. 12, 8., ut eo magis, omnes ex eodem fonte hausisse, appareat. Omnes tres numerant septem tribus, easque eodem, quo Arrianus; ordine; et longiores sunt de ea re. Plinius solus et brevissimus est, et sex modo tribus numerat, inspectorum ordine neglecto, et

omnem ordinem convertit. Sed puto, scripsit nimis negligenter. Nunquam enim verum fuit, Bramanes quintum genus, quintam tribum, fuisse. Hic forte alium auctorem sequutus est, nisi, id quod mihi verosimilius, negligenter et male in Megasthene describendo versatus est. Haec veteres. Nunc vero certum est, nunquam plures quam quatuor tribus fuisse. Macedones quasdam subdivisiones pro integris tribubus habuisse videntur. Accessit quinta nova tribus, ex illegitimo connubio hominum ex diversis tribubus nata. Vivunt quoque in India, praeter tribules, homines nulli tribui adscripti, quorum nihil contentius, Pariar vel Tschandala vocati. Ad primam tribum pertinent Bramines, sapientes, docti, sacerdotes; ad secundam, reges, principes, milites; ad tertiam, agricolae, mercatores, et qui rebus necessariis parandis operam dant; ad quartam, operarii et qui aliis serviunt, sed extra legem servitutis, qualis fuit apud veteres. De his rebus adeas Robertsonem, pluribus locis, sed praecipue

not. 1.

not. 1. ad appendicem; et Sprengelii librum: *Gesch. der geogr. Entdeckungen* pag. 101.

2. *ποιεῖν*] h. l. labore acquirere. Sensus est: nullum vectigal de quaestu pensitant; si quid acquisiverint, nihil inde conferunt ad usum publicum.

3. *ὑπὲρ τῶν ὤρων τῶν ἑτῆος*] Hanc lectionem defendunt etiam Strabo et Diodorus, scribentes: Gymnosophistas in solennibus novi anni comitiis siccitates et pluvias, ventos ac morbos et alia, quae conducant audientibus, praedicere. Ex Diodoro etiam addendum est, sophistas ad defunctorum exsequias adhiberi, ut harum rerum peritissimos.

7. *ὑπὸ δένδρῳσι*] Plin. XII, 6. questus, Macedones arborum genera majore ex parte sine nominibus narraffe, ibidem c. 5. hanc arborem describit: „Ficus (in India) exilia poma habet. Ipsa se semper serens vastis diffunditur ramis, quorum imi adeo in terram curvantur, ut annuo spatio infigantur, novamque sibi propaginem faciant circa parentem in orbem, quodam opere topiario. Intra septem eam aestivant pastores, opacam pariter et munitam vallo arboris, decora specie subter intuenti, procul fornicato ambitu. Superiores

ejus rami in excelsum emicant sylvosa multitudine, vasto matris corpore, ut LX p. pleraeque orbe colligant, umbra vero bina stadia operiant. Foliorum latitudo peltae effigiem amazonicae habet, ea causa fructum integens, crescere prohibet. Rarusque est, nec sabae magnitudinem excedens, sed per folia solibus coctus, praedulci sapore, dignus miraculo arboris. Gignitur circa Acesinem maxime arborem.„ Et VII, 2: „Arbores tantae proceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant. Haec facit ubertas soli, temperies coeli, aquarum abundantia, (si libeat credere) ut sub una ficu turmae condantur equitum.„ Aristobulus, quem Plinius sequutus videtur; ejusdem generis arbores vidit ad Acesinem ejusque et Hydraotis confluentem; (Strabo p. 477.) Sub una, ait, 50 equites meridiari posse.— Quidam loquuti erant de arbore trans Hydraotem, meridie umbram quinque stadiorum faciente. Onesicritus (apud Strab. pag. 477.) ramos dicit ad duodenos cubitos crescere; post hos reliquum incrementum terram versus facere, quasi flecterentur, donec terram attingerent etc. Talem arborem tabernaculo similem esse, multis columnis inni-

tenti. Quinque homines stipitem vix complecti posse. Has arbores Mulicani in terra viderat Onesicritus ad 400 equites umbra tegentes. Diod. XVII. p. 560. eas arbores ad LXX cubitos in altum editas fuisse addit. — Nunc vocatur haec arbor *Ficus religiosa*, (Pagodeboom, Banianenbaum) et nascitur in universa India, magnitudine vix credibili. Descriptionem ejus diligentissimam vide in Rumphii Herb. Amb. Tom. III. pag. 142. cet. et apud alios recentiorum, quos laudat Sprengel in libro: *Gesch. der wicht. geograph. Entd.* pag. 104. cf. etiam Freinsh. ad Curt. IX, 1, 10.

8. τὸν Φλοῖόν τῶν δένδρων] „Major alia ficus, pomò et suavitate praecellentior, quo sapientes Indorum vivunt. Folium alas avium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duorum. Fructum cortice emittit, admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet. Arbori nomen Palae, pomò arianae. Plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino. „ Plin. XII, 6. In Plinio nomen arboris non Pala, sed Tala, scribendum videtur, quo nomine ab Indis omnes arbores fructiferae vocari solent. Deinde idem in descriptione duas arbores, esculentos

fructus ferentes, miscet. Quod enim de foliis dicit, id convenit *Musae paradisiacae*, cujus descriptionem diligentissimam vide in Rumphii Herbario Amboinensi. Multos haec gignit fructus eosque delicatos, tam crudos quam tostos; quos vero non ex cortice emittit, sed proveniunt ex crasso pedunculo seu corymbo inter ramos, ex centro seu vertice trunci. Non quatuor solum, sed multi unius arboris fructibus satiari possunt. — Si vero Arrianus dicit, corticem edi, interpretandum hoc est vel de palma aliqua, cujus corticem edi posse et Rennel dixit, vel ex Plinio de fructibus e cortice trunci nascentibus. Arbor nunc vocatur *Averrhoa Carambola* et *Bilimbing*, de quarum fructu quae huc pertinent vide in Bengt Bergii libro: *Ueber die Leckereyen, mit Anmerkungen von Forster und K. Sprengel*, Halle 1792. pag. 212.

Ceterum Strabo ex Megasthene tradit (p. 489. 490.) duo esse genera philosophorum, alterum et quidem honoratius Brachmanum, alterum Germanum. Germanes Strabonis convenire videntur iis Indorum, qui nobis Fakir vocantur. De duobus Brachmanibus, quorum alter Calanus, eorumque disci-



discipulis, quae Aristobulus narravit, vide apud Strabonem pag. 491. Onelicriti cum sophistis sermonem vide p. 491. 492. et Plut. Vit. Alex. c. 65. Pauca de iisdem habet Curt. VIII, 9, 31. seqq. ubi vide interpretes. Clitarchi de iisdem narrationem, Strabo p. 494. Alexandri cum iis colloquium apud Plut. in Vit. Alex. c. 64. Ex recentioribus vide praecipue Robertsonem de India veterum.

9. Φόρος] Strabo et Diodorus, uterque addit, privato agros in India possidere non licere, Indiam omnem regis esse; de tri-

 Λεοννάτος ὁ Εὔνου, καὶ Λυ-  
 σίμαχος ὁ Ἀγαθοκλέους, καὶ  
 Ἀσκληπιόδωρος ὁ Τιμάνδρου,  
 καὶ Ἀρχων ὁ Κλεινίου, καὶ  
 Δημόνιος ὁ Ἀθηναίου, καὶ  
 Ἀρχίας ὁ Ἀναξιδότου, καὶ  
 Ὀφελλάς Σειλήνου, καὶ Τι-  
 μάνθης Παντιάδου· οὗτοι μὲν  
 Πελλαῖοι. Ἐκ δὲ Ἀμφιπό- <sup>4</sup>  
 λεως ἦγον οἶδε· [ἐκ Κρήτης]

XVIII. Alexander enim  
 parata jam ad Hydaspis ri-  
 pas classe, collectis omni-  
 bus Phoenicibus et Cypriis  
 aut Aegyptiis qui in expe-  
 ditione versus orientem fe-  
 cuti fuerant, ex iis naves  
 implevit; delectis ministris  
 ac remigibus, qui rerum  
 navalium peritissimi essent.  
 Erant vero etiam in exer-  
 citu insulares non pauci iis  
 in rebus bene versati, Iones-  
 que ac Hellepontii. Trie-  
 rarchos vero constituit: ex  
 Macedonibus quidem He-  
 phaestionem Amyntoris fi-  
 lium, Leonnatum Euni,  
 Lyfimachum Agathoclis,  
 Asclepiodorum Timandri,  
 Archontem Cliniae, Demo-  
 nicum Athenaei, Archiam  
 Anaxidoti, Ophellam Sile-  
 ni, Timanthem Pantiadae;  
 hi Pellaei erant. Ex Am-  
 phipoli hi duces fuerunt:  
 Nearchus Androtimi filius,

NOTAE CRITICAE AD CAP. XVIII.

3. Λεοννάτος ὁ Εὔνου] cf. nota ad Exped. III, 5, 7.

4. ἐκ Κρήτης — has voces uncis inclusi, tanquam suspec-  
 ctas, nec ullum Graecum nedum Arrianum sic scri-  
 bere

Νέαρχος Ἀνδροτίμου, ὃς τὰ qui Paraplum conscripsit:  
 ἀμφὶ τῷ παράπλω ἀνέγραψε Laomedon Larichi F., An-  
 καὶ Λαομέδων ὁ Λαρίχου, καὶ drosthenes, Callistrati. Ex  
 Ἀνδροσθένος Καλλιζράτου Orestide, Craterus Alexan-  
 ἐκ δὲ Ὀρεσίδος, Κρατερός τε 5 dri filius, Perdicas Oron-  
 ὁ Ἀλεξάνδρου, καὶ Περδίκκας tis. Eordaei, Ptolemaeus  
 ὁ Ὀρώντεω. Ἐορδαῖοί τε, Lagi F. Aristonus Pisfaeae.  
 Πτολεμαῖός τε ὁ Λάγου, καὶ Ex Pydna, Metron Epi-  
 Ἀριστόνου ὁ Πεισαίου. Ἐκ charmi F. et Nicarchides  
 Πύδνης τε, Μήτρων τε ὁ Ἐπι- Simi. Praeterea Attalus An-  
 χάρμου, καὶ Νικαρχίδης ὁ Σί- dromenis F. Stymphaeus:  
 μου. Ἐπὶ δὲ Ἀττάλος τε ὁ 6 et Peucestas Alexandri,  
 Ἀνδρομένεω, Στυμφαῖός· καὶ Mizeus: Pithon Crateae,  
 Πευκέσας Ἀλεξάνδρου, Μιε- Alcomeneus: et Leonna-  
 ζεύς· καὶ Πείθων Κρατεῶ, tus Antipatri, Aegaeus:

here posse puto, ut hic legitur. Videtur librarius ex  
 lect. 10. didicisse, Nearchum esse Cretensem, non  
 Amphipoliten; ideoque adscripsisse has voces, postea  
 in contextum receptas. Henr. Valelius (ad Harpocrat.  
 in λιτή) legendum censet ἐκ Δήτης, adstipulante Ste-  
 phano in Λητή, quod nomen habuit urbs macedonica;  
 sed obstat noster lect. 10. et parum interest, utrum  
 Nearchus fuerit Letaeus an Cretensis.

Λαομέδων — Emendo Λαομέδων, ut scribitur hoc no-  
 men in Exped. III, 6, 8. 9. et apud Diodorum, ubi  
 l. XIX. post Alexandri mortem Syriae praefectus  
 fuisse narratur.

5. ὁ Πεισαίου — Sic scribitur etiam in Exped. VI, 28, 6.  
 et apud Photium. Nostro vero loco Gronovius testa-  
 tur, omnes MSS. legere Νεισαίικ. In Expeditione vero  
 Aristonus non Eordaeis, sed Pellaeis adnumeratur.  
 Nicarchidem Curt. V, 6, 11. vocare videtur Nicar-  
 thidem.
6. Pithon, Crateae fil., in expeditione, l. l. adnume-  
 ratur Eordaeis.

Ἄλιομενεύς· καὶ Λεοννάτος et Pantauchus Nicolai, Alo-  
 Ἄντιπάτρου, Αἰγαῖος· καὶ rites: et Mylles Zoili, Be-  
 Πάνταυχος Νικολάου, Ἄλω- roeenfis: hi quidem omnes  
 ρίτης· καὶ Μυλλέας Ζωΐλου, Macedones. Ex Graecis  
 Βεροιαῖος· οὗτοι μὲν οἱ ξύμ- vero Medius Oxynthemi-  
 παντες Μακεδόνες. Ἑλλήνων 7 dis F. Lariffaeus: Eumenes  
 δὲ, Μήδιος μὲν Ὁξυνθέμιδος, Hieronymi, Cardianus: Cri-  
 Λαρισσαῖος, Εὐμενῆς δὲ Ἰε- tobulus Platonis, Cous:  
 ρωνύμου, ἐκ Καρδίης, Κριτό- Thoas Menodori F. et Mae-  
 βουλος δὲ Πλάτωνος, Κῶος, ander Mandrogenis, Magne-  
 καὶ Θόας Μηνοδώρου, καὶ fii: Andron Cabelei, Teius:  
 Μαϊάνδρος Μανδρογένεος, Μά- ex Cypriis, Nicocles Pafi-  
 γνητες. Ἄνδρων δὲ Καβήλειω, 8 cratis F. Solius: et Nitha-  
 Τήσιος. Κυπρίων δὲ, Νικοκλῆς don Pnytagorae, Salami-  
 Πασικράτεος, Σόλιος· καὶ Νι- nius. Erat autem etiam  
 θάφων Πνυταγόρειω, Σαλα- Perfa quidam triremi prae-  
 μίνιος. Ἦν δὲ δὴ καὶ Πέρσης fectus Bagoas Pharnuchae  
 αὐτῷ τριήραρχος, Βαγῶας ὁ F. Ipfius vero Alexandri tri-  
 Φαρνουχέως· τῆς δὲ αὐτοῦ 9 remis gubernator erat One-

7. Θόας Μηνοδώρ — In Expeditione VI, 23, 3. vocatur ὁ Μανδροδώρ; et ad nomen: Μαϊάνδρος Μανδρογένεος notavit Blancardus: „videa velut per nebulas, corrigi debere Μένανδρος Ἄνδρογένεος.“ Hoc certum est, locum laborare.

8. Νιθάφων — ex MSS. omnibus et primis editis pro Νιθάδων. Apud Plut. in Vita Alex. c. 29. vocatur Nicocreon.

Μαγῶας ὁ Φαρνουχέως — MS. Opt. Βαγῶας, quod certe novimus nomen Persicum esse, et eo vocabulo Plutarchus in Bacchico luxu Alexandri vocat τὸν ἐρόμενον Βαγῶαν alium quendam. Unde etiam Heliodorus lib. 8. pag. 360. fingit Βαγῶαν τινὰ τῶν πεπιστευμένων εὐνάχων. Est idem nomen, quod ante haec tempora lib. 1. vel 3. Efdrae c. 5. vers. 14. dicitur Βαγῶβ. Immo jam supra

Ἀλεξάνδρου νεῶς κυβερνήτης  
 ἦν Ὀνησίκριτος Ἀσυπαλαίεύς·  
 γραμματεὺς δὲ τοῦ στόλου παν-  
 τὸς, Εὐαγόρας Εὐκλέωνος,  
 Κορίνθιος. Ναύαρχος δὲ αὐ- 10  
 τοῖσιν ἐπεσάθη Νέαρχος Ἀν-  
 δροτίμου, τὸ γένος μὲν Κρής,  
 ὁ Νέαρχος· ὣκει δὲ ἐν Ἀμ-  
 φιπόλει τῇ ἐπὶ Στρυμόνι. Ὡς 11  
 δὲ ταῦτα ἐκεκόσμητο Ἀλε-  
 ξάνδρῳ, ἔθηκε τοῖς θεοῖσιν  
 ὅσοι τε πάτρισι ἢ μαντευτοῖ  
 αὐτῷ, καὶ Ποσειδῶνι, καὶ  
 Ἀμφιτρίτῃ, καὶ Νηρηΐσι, καὶ  
 αὐτῷ τῷ Ὠκεανῷ, καὶ τῷ  
 Ὑδάσπῃ ποταμῷ, ἀπὸ τοῦ  
 ὠρμητοῦ καὶ τῷ Ἀκεσίῃ, ἐς  
 ὄντινα ἐκδιδοίη Ὑδάσπης· καὶ  
 τῷ Ἰνδῷ, ἐς ὄντινα ἀμφω 12  
 ἐκδιδοῦσιν· ἀγῶνές τε αὐτῷ  
 μουσικοὶ καὶ γυμνικοὶ ἐποιοῦν-  
 το, καὶ ἱερεῖα τῇ στρατιῇ πάση  
 κατὰ τέλεα ἐδίδοτο.

ficritus Astypalaeensis. Scri-  
 ba totius classis Euagoras  
 Eucleonis F. Corinthius.  
 Navarchum eis constituit  
 Nearchum Androtimi F.  
 Erat hic Nearchus Cres ge-  
 nere: habitabat autem Am-  
 phipoli quae ad Strymonem  
 fluvium sita est. His rebus  
 ita constitutis, Alexander  
 diis patriis, et quibus vates  
 monebant, sacrum fecit:  
 Neptuno etiam, et Amphitri-  
 tae, ac Nereïdibus, ipſique  
 Oceano. Hydaspī quoque,  
 unde solvebat: Acesini prae-  
 terea, in quem Hydaspes in-  
 fluit: Indo, in quem uterque  
 fertur. Certamina quoque  
 musica et gymnica ageban-  
 tur, et victimae per singula  
 agmina et turmas distribue-  
 bantur.

II, 14, 10. nominare id nomen in epistola dignatus fuit Alexander. Gron. Bagoas quidam anatus fuit ab Alexandro, teste Plutarcho Vit. Alex. c. 67. Quod si verum, alius hic est, quam ille celebrior Bagoas, quem Darius occiderat; utrumque enim scriptores interdum confundere videntur. In Expeditione IV, 3, 16. saepius nominatur Pharnuches quidam, Lycius, cujus forte filius fuit hic Bagoas.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. XVIII.

*Arg. Quibus hominibus ministeria in navibus tributa; trierarchi et praefecti classis; sacra et certamina, antequam solveret Alexander.*

1. ἡ Αἰγύπτιοι] addit *Cares* in Exped. VI, 1, 8. At propter multitudinem navium verosimile est, multos etiam Indos remiges fuisse. Apud Graecos saltem remiges fuerunt servi.

ἐν τῇ ἄνω στρατηλασίῃ] i. e. ἐν τῇ ἀναβάσει, in expeditione versus orientem. Ita III, 6, 13. κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἄνω. Tunc enim, cum classem emitteret, non jam amplius progrediebatur, sed regrediebatur, repetens quae emensus erat, ut Curtius loquitur IX, 3, 20., quae κατάβασις vocatur. Xenophon de exped. Cyri lib. VII. extremo: χρόνος πλῆθος τῆς ἀναβάσεως καὶ καταβάσεως, ἐνιαυτὸς καὶ τρεῖς μῆνες; temporis intervallum, quo et ascendimus (i. e. quo et in bellum contra Artaxerxem profecti, et ex eo domum reversi sumus) annus unus ac tres menses. Raph.

3. τριήραρχοι] Hoc nomen vertunt: *triremium ductores*. Constituti vero sunt, antequam classis in Hydaspes solveretur. Debuissent igitur ii, qui hinc nominantur, saltem, dum in Indo classis veheretur, singuli navibus praeesse. Quod non est.

Nam, praeter alios paucos, de Hephaestione et Cratero certissimum est, eos navem non conscendisse, nisi ubi fluvius erat transmittendus. Uterque enim exercitum in ripa utraque ejus fluvii ducebat, in quo classis navigabat. Si vero hos trierarchas navium in itinere maritimo ductores fuisse putas, multo minus hoc verum est. Nam praeter jam commemoratos de Leonnato quoque aliisque multis certissimum est, eos apud Alexandrum, non in navibus fuisse. In expeditione maritima praeter Nearchum nominantur modo Onesicritus et Archias; reliqui vero vel honoris causa triremium ductores appellati sunt, vel tam diu modo in navibus fuere, quam Alexander, i. e. usque ad Indi ostia; ut Nearchus ob vanitatem aliquam eos tantummodo navium ductorum nominaverit, qui jam celebres fuere, et aliquamdiu singulis navibus praeerant. Talis vero nominum recens nulli usui est. Nominandi erant, qui in itinere maritimo ac periculoso navibus ipsi praecerant. Diligenter describendus erat numerus earum navium,

vium, quae Nearchum comitabantur; quem magnum fuisse verosimile non est, partim quia multos rei navalis peritos in Alexandri exercitu fuisse, credi non potest, partim, quia parum auxilii ex eo littore sperandum erat, partim quia aperte periculosa erat expeditio et a paucis idem observari poterat, quod a multis. Quid vero vetat, ut vocem *τρήραρχοι* ea significatione accipiamus, quae apud Athenienses obtinuit. Athenis enim onus erat civium ditissimorum, ut ad bella maritima suo sumtu triremes vel aedificarent, vel saltem omni apparatu instruerent; iique vocabantur trierarchae. Alexander naves jam habuisse videtur. Naves vero non fuerunt triremes, sed *τριηκόντοροι*. Iussit igitur, ut, qui hinc nominantur, naves instruerent, vel impensis Alexandri ipsius, et tunc cura modo rei eis tradita erat, vel, quod mihi verosimilius, suo quisque sumtu. Tunc mirum non est, si nomina eorum, quorum sumtibus et cura naves instruerentur, posteritati traderentur. Simili modo, ut Athenis, ad certamina scenica non Alexander sumtus praebebat, sed alii et quidem ditiores subditorum. Cujus rei exemplum vide in Plu-

tarchi Vita Alex. c. 29. De celebrioribus virorum nominatorum vide indicem nominum priorum in editione Expeditionis. Diod. XVII. p. 571 Nearchus et paucis modo ex amicis classem ab Alexandro traditam dicit.

4. τὰ ἐμφὶ τῷ παράπλῳ] quae in illa praeternavigatione acciderunt, sive qui de illa praeternavigatione scripsit. Raph. Androthene hic et Archias iidem esse videntur, qui in Exped. VII, 20, 13. missi narrantur ad sinum persicum et littora Arabiae exploranda.

6. Στυμφαῖος] Stymphaeus esset ab oppido Stympha, quod quidem nusquam reperio, nec mirum. Id enim haud dubie pluribus potentioribusque accidit, ut ignorentur: est tamen haud levis conjectura, fuisse in eo tractu, quem Arrianus describit in Exped. I, 7, 6. [ubi pro Στυμφαῖος nunc legitur Τυμφαῖος ex optima Grentemesnii conjectura.] Certe circum ea loca collocatur Stympha mons a Strabone l. VII. et a Ptolemaeo regio Stymphalia, quae Stymphalis est Livio XLV, 30, 6. Freinsh. ad Curt. III, 13, 1.

Μιεζεύς] ab urbe Mieza, Stephano Μίεζα; unde τὸ ἐθνικόν, Μιεζεύς καὶ Μιεζαῖος. meminit ejus et Plinius IV,



10, 5. et 31, 2. Nam Ptolemaeo III, 13. est Μύεζα. Plut. Alex. c. 11. narrat regem illum praeceptori suo Aristoteli eam apud urbem scholam destinavisse. *Freinsh.* ibidem.

Ἀλκομενεὺς] ab urbe Ἀλκομένηαι, quo nomine fuit in Ithaca insula urbs; fuit et in Illyriis, quae fortassis Pithonis patria fuerit, Illyriis jam Macedoniae contributis, potest tamen ut in ipsa quoque Macedonia urbs eo nomine fuerit. *Aegaeus* ab Αἰγαί, quae urbs fuit Macedoniae teste Stephano. *Alorites* ab urbe Ἄλωρος, quae itidem in Macedonia, unde Ptolemaeus Alorites, qui fratrem Alexandrum Macedoniae regem interfecit, apud Diod. XV, 71. Cognomen habuit et Κνωπίας Ἀλωρίτης apud Polyb. V, 65. *Freinsh.* ibid. De reliquis urbium et regionum Mace-

donicarum nominibus ut aliquid adjiciam, quia notissima sunt, necesse non est.

7. Καρδίης] Cardia urbs fuit in Chersoneso thracica; Magnesia, hoc loco, regio Thessaliae.

8. Σόλιος] a Σόλοι, Cypri urbe. Pasocrates et Pnytagoras erant reges Cyprii.

9. Ἀστυπαλαειὺς] Astypalaea fuit, Stephano teste, oppidum Cei, insulae. Idem nomen habebat insula maris Carpathii, cum urbe ejusdem nominis, unde Onescritus fuisse videtur. Quanta vero dignitate Scribae fuerint apud Macedones, vide in Corn. Nep. Eumene, cap. 1, 5.

11. Eadem ferme narrantur supra in Exped. VI, 3, 1-3.

12. De certaminibus musicis et gymniciis vide notam ad Exped. II, 5, 10.

XIX. Ὡς δὲ πάντα ἐξήρ-  
τυτο αὐτῷ ἐς ἀναγωγὴν, Κρα-  
τερὸν μὲν τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ  
Ἰθάσπεω ἵνα σὺν τῇ στρατιῇ  
ἐκέλευσε πεζικῆ τε καὶ ἵπ-  
πικῆ· ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα δὲ

XIX. Omnibus itaque re-  
bus ad navigandum paratis,  
Craterum ad alteram Hy-  
daspis ripam cum exercitu  
equestri ac pedestri iter fa-  
cere jubet. Ab altera vero

NOTAE CRITICAE AD CAP. XIX.

1. σὺν τῇ στρατιῇ — In Optimo et duobus aliis additur πεζῆ. Male.

ἩΦαιζίων αὐτῷ παρεπορεύε-  
το, σὺν ἄλλῃ στρατιῇ πλείονι  
ἔτι τῆς τῷ Κρατερῷ συντε-  
ταγμένης. Καὶ τοὺς ἐλέφαν-  
τας ἩΦαιζίων αὐτῷ ἤγεν,  
ὄντας ἐς διηκοσίους. Αὐτὸς δὲ 2  
τοὺς ὑπασπιστὰς καλεομένους  
ἅμα οἱ ἤγε, καὶ τοὺς τοξό-  
τας πάντας, καὶ τῶν ἰππέων  
τὰς ἐταίρους καλεομένους· τὰς  
πάντας ἐς ὀτακισχιλίους.  
Τοῖσι μὲν δὴ ἀμφὶ Κρατερὸν 3  
καὶ ἩΦαιζίωνα ἐτέτακτο, ἵνα  
προπορευθέντες ὑπομένοισιν  
τὸν σὸλον. Φίλιππον δὲ, ὃς 4  
αὐτῷ σατραπῆς τῆς χώρας  
ταύτης ἦν, ἐπὶ τοῦ Ἀκεσίου  
ποταμοῦ τὰς ὄχθας πέμπει,  
ἅμα στρατιῇ πολλῇ καὶ τῆτον·  
ἤδη γὰρ καὶ δώδεκα μυριάδες 5  
αὐτῷ μάχιμοι εἶποντο, (σὺν  
οἷς ἀπὸ θαλάσσης τε αὐτὸς  
ἀνήγαγε, καὶ αὐθις οἱ ἐπὶ  
συλλογὴν αὐτῷ στρατιᾶς πεμ-  
φθέντες ἦκον ἔχοντες) παν-  
τοῖα ἔθνη βαρβαρικά ἅμα οἱ

parte Hephaestion cum alio  
majore adhuc quam Crate-  
rus exercitu procefferat.  
Elephantos etiam ducebat  
Hephaestion, numero cc.  
Ipse scutatos dictos secum  
ducebat, et sagittarios  
omnes, et equites, quos  
amicos vocant; omnes erant  
ad VIII millia. Atqui Cra-  
tero et Hephaestioni affi-  
gnatum erat, ubi profecti  
classsem praestolarentur. Phi-  
lippum vero, quem in ea re-  
gione praesidem constitue-  
rat, ad Acesinis fluvii ripas  
mittit, magnas etiam hunc  
copias ducentem. Jam enim  
cxxx m. militum eum seque-  
bantur, (cum iis quos ex  
maritimis oris ipse adduxe-  
rat, et quos ii adduxerant,  
qui ad colligendum exerci-  
tum missi fuerant) barbaras  
omnis generis nationes se-  
cum ducentem, easque cu-

3. προπορευθέντες — Optimus habet προεῦθέντες, quod vero ob sequens verbum ὑπομένοισιν non recepi. Ceterum primo tantum itinere Hephaestion et Craterus priores ad locum destinatum venisse videntur quam classis, VI, 4, 1. statim in secundo classis prior advenerat VI, 5, 10.

ἄγοντι, καὶ πᾶσαν ἰδέην ὠπλι- jusvis generis armis instru-  
 σμένα. Αὐτὸς δὲ ἄρας ταῖς 6 ctas. Ipse navibus solvens  
 ναυσί, κατέπλει κατὰ τὸν per Hydaspem ad Acesinis  
 Ὑδάσπεα ἔστε ἐπὶ τοῦ Ἀκε- et Hydaspis confluentes na-  
 σίνου τε καὶ τοῦ Ὑδάσπεω vigavit. Erant ei in uni-  
 τὰς συμβολάς. Νῆες, δὲ αἱ 7 versum naves DCCC, simul  
 σύμπασαι αὐτῷ ὀκτακόσσιαι longae, simul onerariae,  
 ἦσαν, αἶτε μακρὰ καὶ ὅσα aliaeque vehendis equis et  
 σρογγύλα πλοῖα, καὶ ἄλλα commeatui exercitus ido-  
 ἵππαγωγὰ, καὶ σιτία ἅμα τῇ neae. Quonam vero pacto  
 στρατῇ ἄγουσαι. Ὅπως μὲν 8 classis per flumina navigarit,  
 δὴ κατὰ τοὺς ποταμοὺς κατέ- et quot in ea navigatione  
 πλευσεν αὐτῷ ὁ στόλος, καὶ gentes subjugarit, quod-  
 ὅσα ἐν τῷ παράπλῳ ἔθνεα que periculum in Mallis in-  
 κατεσρέψατο, καὶ ὅπως διὰ currenit, et quomodo ibi-  
 κινδύνου αὐτὸς ἐν Μαλλοῖς dem vulnus acceperit, quo-  
 ἦε· καὶ τὸ τρωῖμα ὃ ἐτρώθη modo etiam Peucestas et  
 ἐν Μαλλοῖς, καὶ Πευκέστας τε Leonnatus eum prostratum

5. ἄγοντι recepit jam Gronovius ex Cod. Opt. Veneta et Basileensis legunt ἄγοντα, Vulcanius et Blancardus ἄγοντες.

7. ὀκτακόσσιαι — Arrianus supra VI, 2, 7. 8. „in classe, ait, Ptolemaeo Lagi fil. auctore, erant octoginta naves triginta remorum; omnia vero navigia erant cum iis, quae equos vehabant, et cercuris et aliis fluvialibus, quae vel jam dudum in fluviis illis fuerant, vel tum temporis constructae erant, prope M. M. „ Unde forte hoc loco scribendum est χίλια καὶ ὀκτακόσσιαι. Sed nihil mutavi, quia forte Nearchus plures non numerabat naves, quam octingentas. Diversa auctores scripsisse apparet jam ex Diodoro, quo auctore classis in Indo constabat ex ducentis navibus ἀφράκταις, et octingentis navibus onerariis; lib. XVII, 95. Curtius IX, 3, 22. simpliciter numerat naves mille, Diodorum sequutus.

καὶ Λεοννάτος ὅπως ὑπερήσπισαν αὐτὸν πεσόντα· πάντα ταῦτα λέλειπταί μοι ἤδη ἐν τῇ ἄλλῃ τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ. Ὁ δὲ λόγος ὅδε τοῦ παραπλοῦ 9 μοι ἀφῆγησις ἐστίν, ὃν Νέαρχος σὺν τῷ Σάλῳ παρέπλευσεν, ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ τῶν ἐκβολέων ἐρμηθεῖς, κατὰ τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικόν, ἣν δὴ ἐρυθρὴν θάλασσαν μετεξέτεροι καλέουσι.

scutis suis protexerint: omnia haec a nobis in alia historia, quam Attica lingua conscripsimus, commemorata sunt. In hoc autem libro id tantum narro: quomodo Nearchus, ab Indi ostiis solvens, per oceanum magnum in finem Perficum navigarit, quem quidem nonnulli mare rubrum appellant.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. XIX.

*Arg. De numero militum et navium Alexandri, et pauca de navigatione in Indo.*

1. Craterus in dextra Hydaspis ripa, Hephaestion in sinistra ibat. cf. Exped. VI, 2, 4. 15, 7.

2. ἀμα οἱ ἦγε] in navibus, quas ipse Alexander conscenderat. cf. Exped. VI, 2, 3. ubi vero loco omnium amicorum equitum ἀγέμα modo nominatur, et *Agrianes* adduntur; apparet igitur, vel hic vel supra negligentem fuisse Arrianum. Post bellum cum Mallis plures adhuc navibus impositi sunt, nempe equites amici, numerò 1700, peditum 10,000 et velitum totidem ut antea. Exp. VI, 14, 7. De nominibus agminum in exercitu

Alexandri vide notam ad Exped. I, 11, 4.

4. Φίλιππον] cf. VI, 2, 5. 4, 2. 5, 11.

5. δώδεκα μυριάδες] Sic Curt. VIII, 5, 4. sic etiam Plutarchus in Vita Alex. c. 66. Alexandrum ex India redeuntem peditum 120,000, equitum 15,000 habuisse tradit. Ceterum in hujus loci interpunctione et interpretatione Rappellium sequutus sum; σὺν αἰς ἀνήγαγε est per graecinum pro σὺν ἐκείνοις, οὓς ἀνήγαγε· ad καὶ αὐτοῖς iterum suppleendum est αἰς· verba ἡκὸν ἔχοντες, ut saepe, per pleonasmum cohaerent, ex. c. in Xenoph.

Xenoph. *Cyrōp.* lib. V. παρ. III. ἐν ᾧ χρόνῳ πολὺ μείονα ἔχων στρατιὰν ἤλθον. ibidem lib. III. p. 61. στρατεύματα ὅσον τε ἤλθον ἔχων. lib. IV. p. 72. ὅν δέ τι ἢ ἀπτοσχισμένον τῆ στρατεύματος λάβωμεν ἢ τι ὑπολειπόμενον, ἤξομεν πρὸς σὲ ἄγοντες, et Arr. *Exped.* III, 16, 13. ὅσα Ἐπύρξης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἔλθον ἤλθον. Participium ἄγοντι cōhaeret cum superiori αὐτῶ.

7. Si ex duobus prope millibus, et multo minus si ex octingentis modo navibus classem constituisse putas, incredibile non est, Alexandrum tam brevi tempore tantam classem comparasse. Tot flumina ejus regionis navigabilia multas naves jam exstructas offerebant, quibus incolae commercia agebant. Multas vero etiam Alexander aedificaverat. Strabō lib. XV. pag. 480. Alexandrum, ait, in sylvā montium Emōdorum multam abietem, pinum, cedrumque, aliasque arbores navibus compingendis idoneas, caedi jussisse atque in Hydaspem deduxisse, e quibus classis constructa sit. Arrianus quoque IV, 30, 16. dicit, Alexandrum ad Indum sylvam caeduiam invenisse, eamque ab exercitu caedi jussisse. Ex ea vero naves factas atque ad pontem in Indo vectas esse. Deinde V, 8, 8. et 13, 6.

navigia illa dissecta per terram ab Indo ad Hydaspem advecta esse narratur, ibique in iisdem iterum compactis Alexandrum Hydaspem transiisse. — Ad hanc primam classem bis aliae multae novae naves accessere, vide *Exped.* VI, 14, 7. et 15, 2. Exempla ingentis in Indo navium numeri recentioribus quoque temporibus vide apud Robertsonem de India not. V.

8. τῇ Ἀττικῇ ζυγγραφῇ] De ordine, quo vehabatur classis vide VI, 3, 4. De strepitu magno tot navium remis vectarum, de Indis remmirantibus et classem comitantibus 3, 5 - 9. Primis diebus itineris nihil magni momenti acciderat (4, 1 - 4.) donec perveniretur ad confluentem Acesinis et Hydaspis, ubi vehementia undarum utriusque fluvii collisarum, classis magno periculo obnoxia erat (4, 5 - c. 5, 1 - 9.) Sequitur bellum cum Mallis, quos Alexander celeritate et vi opprimebat. Ibi quum Alexander oppidum aliquod oppugnaret, e muro solus in arcem desiliens, maximis periculis sese objecit, ut vix mortem effugeret. Descriptum est hoc bellum in *Exped.* VI, 5, 13. usque ad c. 14, 6. Postea dederunt se Alexandro Abastani, Xathri, Ossadii, gentes ignotae; Satrapa Indiae usque

usque ad Indi et Acesinis confluentem, ubi urbs conditur, constituitur Philippus c. 15, 1-5. Ad Sogdos deinde classe pervenitur, ubi iterum urbs condita; Satrapae Indiae ab Acesinis ostio usque ad mare fiunt Oxyartes et Python 15, 7-9. Deinde in potestatem redigitur Musicanī, Oxycani et Sambī regio c. 15, 10-17, 8. Cum parte exercitus per medi-

terranea remittitur Craterus c. 17, 6. Pervenitur ad Pattala, quae occupantur, c. 17, 4-18, 4. Navigatio Alexandri per brachium dextrum Indi in mare c. 18, 5-19, 11. per brachium sinistrum c. 20. Sequitur iter terrestre Alexandri ab Indo retrorsus in Persidem. Principium navigationis in Indo fixit Vincent in XXIII<sup>mo</sup> Oct. 327. ante Chr. pag. 34.

XX. Νεάρχῳ δὲ λέλενται ἰ  
ὑπὲρ τούτων ὅδε ὁ λόγος· πό-  
θον μὲν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ ἐκ-  
περιπλῶσαι τὴν θάλασσαν τὴν  
ἀπὸ Ἰνδῶν ἔστε ἐπὶ τὴν Περ-  
σικὴν· ὀκνέειν δὲ αὐτὸν τοῦ  
τε πλοῦ τοῦ μῆκος, καὶ μή  
τινι ἄρα χώρῃ ἐρήμῳ ἐγκύρ-  
σαντες, ἢ ἔρμῳ ἀπόρῳ, ἢ  
οὐ ξυμμέτρως ἐχούσῃ τῶν  
ώραίων, οὕτω δὲ διαφθαρῇ  
αὐτῷ ὁ στόλος· καὶ οὐ Φαύλη  
κηλὶς αὕτη τοῖς ἔργοισιν αὐ-  
τοῦ τοῖς μεγάλοισιν ἐπιγενο-  
μένη, τὴν πᾶσαν εὐτυχίην  
αὐτῷ ἀφανίσει· ἀλλὰ ἐκνι-  
κῆσαι γὰρ αὐτῷ τὴν ἐπιθυ-  
μίαν τοῦ καινόν τι αἰεὶ καὶ  
ἄτοπον ἐργάζεσθαι. Ἀπόρως 3  
δὲ ἔχειν, ὅντινα οὐκ ἀδύνα-

XX. Nearchus de hac re  
ita scribit: Alexandri desi-  
derium fuisse mare, quod ab  
Indis in Persiam usque pa-  
tet, enavigare: Caeterum il-  
lum navigationis longinqui-  
tate deterritum fuisse, simul-  
que veritum, ne in aliquam  
desertam regionem aut por-  
tus difficiles frugibusque  
carentes delatam classem  
amitteret, ingensque haec  
macula rebus praeclare abs-  
se gestis offusa omnem felici-  
tatis gloriam obliteraret:  
vicisse tamen inusitatae ali-  
cujus ac magnae rei geren-  
dae cupiditatem. Dubitasse  
autem quem perficiendis co-  
gitationibus suis parem de-

τὸν τε ἐς τὰ ἐπινοούμενα ἐπι-  
λέξειτο· καὶ ἅμα τῶν ἐν νηὶ  
ἀνδρῶν, ὡς καὶ τῶν τοιοῦτον  
ζόλον σελλομένων ἀφελεῖν τὸ  
δεῖμα, τοῦ δὴ ἡμελημένως αὐ-  
τοὺς ἐς προὔπτον κίνδυνον ἐκ-  
πέμπεσθαι. Λέγει δὴ ὁ Νέαρχος,  
ἑωῦτῳ κοινοῦσθαι τὸν  
Ἀλέξανδρον, ὄντινα προχει-  
ρίσηται ἐξηγέεσθαι τοῦ ζόλου·  
ὡς δὲ ἄλλου καὶ ἄλλου ἐς  
μνήμην ἴοντα, τοὺς μὲν ὡς  
οὐκ ἐθέλοντας κινδυνεύειν ὑπὲρ  
οὗ ἀπολέγειν, τοὺς δὲ ὡς μα-  
λακοὺς τὸν θυμὸν, τοὺς δὲ ὡς  
πόθῳ τῆς οἰκῆς κατεχομέ-  
νους· τοῖς δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο  
ἐπικαλέοντα. Τότε δὴ αὐτὸν  
ὑποσάντα εἶπεῖν, ὅτι Ὡ βα-  
σιλεῦ, ἐγὼ τοι ὑποδέχομαι  
ἐξηγήσασθαι τοῦ ζόλου, καὶ  
(εἰ τὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ξυνεπι-  
λαμβάνοι) περιάξω τοι σώας  
τὰς νέας καὶ τοὺς ἀνθρώπους,

ligeret: simulque classiariorum causa, ut iis tam longinquam expeditionem facturis metum adimeret, sese neglectos in manifestum periculum mitti. Nearchus autor est Alexandrum secum communicasse, quem potius classis ducem ac praefectum designaret: quumque diverforum meminisset, alios tanquam pro se periclitari nolentes, alios praemollitiae animi, alios tanquam patriae desiderio occupatos, recusasse, in aliis vero aliud reprehendisse. Tum se operam suam pollicitum dixisse, Ego, o rex, classis gubernationem suscipiam, et (si deus coepta fecundarit) classem simul et militem sospites in Perfidem ducam, si omnino ejus re-

## NOTAE CRITICAE AD CAP. XX.

4. κοινῶσθαι — ex Opt. pro vulgato ξυνοῦσθαι. Eodem vocabulo utitur auctor in Exped. II, 3, 3. I, 25, 11. IV, 5, 11. Ind. 15, 12. Mox ex Veneta et Basil. revocavi οἰκῆς pro οἰκίης, qui error Vulcanianae per omnes editiones repetitus est.
5. τότε δὴ αὐτὸν — Opt. habet αὐτὸν δὲ δὴ ταύτη δὴ, quod non placet.

ἔστε ἐπὶ τὴν Περσίδα γῆν, εἰ δὴ πλωτός τε ἐστὶν ὁ ταύτη πόντος, καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἄπορον γνώμη ἀνθρωπίνη. Ἀλέξανδρον δὲ λόγῳ μὲν οὐ 6 Φάναι ἐθέλειν ἐς τοσόνδε ταλαιπωρίην καὶ τοσόνδε κίνδυνον τῶν τινα ἑαυτοῦ φίλων ἐμβάλλειν· αὐτὸν δὲ ταύτη δὴ καὶ μᾶλλον οὐκ ἀνιέναι, ἀλλὰ λιπαρεῖν· οὕτω δὴ ἀγα- 7 πῆσαι τε Ἀλέξανδρον τοῦ Νεάρχου τὴν προθυμίην, καὶ ἐπιστῆσαι αὐτὸν ἄρχειν τοῦ στόλου παντός· καὶ τότε δὴ 8 ἔτι μᾶλλον τῆς στρατιῆς ὅ,τι σπερ ἐν τῷ παράπλω τῷδε ἐτάσσετο, καὶ τὰς ὑπηρεσίας ἔλεω ἔχειν τὴν γνώμην, ὅτι δὴ Νεάρχόν γε οὐποτε ἂν

gionis mare navigabile fuerit, aut si id ulla ratione ab humano ingenio praestari possit. Alexandrum vero 6 verbo negasse velle se in tantos labores tantaque pericula aliquem amicorum suorum conjicere: se vero propterea etiam magis non remisisse, sed obnixè orasse; 7 ac tum demum Alexandrum Nearchi animum adeo promptum atque alacrem libenter amplexum esse, eumque universae classis praefecisse: ac 8 tunc quidem magis jam exercitum qui ad hanc navigationem destinatus erat et nautas quieto animo fuisse, quod persuasum haberent

ὁ ταύτης πόντος — Vertit Vulcanius: *ejus regionis mare*; sed ad ταύτης non potest suppleri *χώμας*, quia de mari sermo est, et omnino Graeci sic loqui non solent. Emendavi ὁ ταύτη πόντος. Simile vitium fuit mox in verbis αὐτὸν δὲ ταύτη δὴ, ut edidit Vulcanius, ubi primae editiones habent αὐτὸν δὲ ταύτην δὴ. Similiter emendavi in Exped. V, 26, 4.

ἐπὶ τῷ παράπλω — Ex Optimo scripsi ἐν τῷ παράπλω, quod est per graecismum notissimum, cujus etiam in Expeditione plura exstant exempla, (ex. c. VI, 20, 9.) pro εἰς τὸν παράπλων. Mox etiam ex Optimo recepi εἰ μὴ σφι pro εἰ μὴ καὶ σφι. Veneta habet εἰ καὶ μὴ σφίν. Dativus σφι pertinet ad ἔμελλον. Sic in Homero saepius Διὶ μέλλει — εἶναι.



Ἀλέξανδρος προήκατο ἐς κίνδυνον καταφανέα, εἰ μὴ σφισωθήσεσθαι ἔμελλον· λαμ- 9 πρότης τε πολλή τῆ παρασκευῇ ἐποῦσα, καὶ κόσμος τῶν νεῶν, καὶ σπουδαὶ τῶν τριηράρχων ἀμφὶ τὰς ὑπηρεσίας τε καὶ τὰ πληρώματα ἐκπρεπέες, καὶ τοὺς πάντη δὴ πάλαι κατοικνέοντας ἐς ῥώμην ἅμα καὶ ἐλπίδας χρησotέρας ὑπὲρ τοῦ παντός ἔργου ἐπικριότα ἦν· πολὺ δὲ δὴ συν- 10 ἐπιλαβέσθαι ἐς εὐθυμίην τῆ στρατιῆς, τὸ δὲ αὐτὸν Ἀλέξανδρον ὀρμηθέντα κατὰ τοῦ Ἰνδοῦ τὰ σώματα ἀμφότερα ἐκπλώσαι ἐς τὸν πόντον, σφάγια τε τῷ Ποσειδῶνι ἐντεμεῖν, καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοὶ θαλάσσιοι, καὶ δῶρα μεγαλοπρεπέα τῆ θαλάσσης χαρίσασθαι. Τῆτε 11 ἄλλη τῆ Ἀλεξάνδρου παραλόγω εὐτυχίᾳ πεπειθότας, οὐδὲν ὅ,τι οὐ τολμητόν τε ἐκείνω καὶ ἐρκτὸν ἐξηγέεσθαι.

Alexandrum nulla ratione ad manifesta pericula Nearchum missurum, nisi ipsi servandi essent. Summa vero apparatus magnificentia, et navium ornatus, studiaque trierarchorum egregia circa ministeria (in navibus) et focios navales, omnium qui antea metu debilitati fractique erant, animos ad robur melioremque spem de omni conatu attollebant. Multum praeterea de metu ipsorum adimebat, quod Alexander ipse per utraque Indi ostia in mare navigasset: quod Neptuno caeterisque diis marinis hostias mactasset, eximiaque dona mari dedisset. Cetera quoque et inusitata Alexandri felicitate confisi, nihil esse dicebant, quod illi non sit audendum et perficiendum.

9. ἐπῶσα — Hoc revocavi ex primis editis pro vulgato ἐπῶσα, qui error ex Blancardiana manavit.

καὶ τὰ ἐκπληρώματα — Opt. τὰ πληρώματα, idque sufficit. Nec enim aliter dicunt vel Graeci vel ipse Arrianus, atque etiam notavit ex V. C. Vulcanius. Gron. Restitui.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. XX.

*Arg. Alexandri desiderium navigationis per mare indicum in Persiam usque; ejusdem aestus de praefecto, quem lenit Nearchus. Cura classis ab Nearcho suscepta, unde communis laetitia.*

2. τῆ κωνόν τι cet.] Alexandri desiderium navigationis ab Indo ad Euphratem usque, non, ut Nearchus, studio ridiculoso nova et reliquis hominibus inusitata gerendi tribuo; sed duae rationes erant magni momenti, quae navigationem suadebant; prima, ut cognosceret fines imperii sui austrum versus; fines enim septemtrionales percurrerat ipse cum exercitu; fines orientem versus viderat ipse, dum per flumina navigaret; media inter fines septemtrionales et meridionales ut cognosceret, misit Craterum ab Indo, ut per Asiam superiorem exercitum in Carmaniam duceret; fines meridionales, et litora Oceani indici cognoscenda restabant. Redibat igitur ab Indo itinere terrestri, non longe a littore, sed ea via ob deserta arenosa periculosissima erat, quam ob causam et propter gentes earum regionum indomitas praevidebat, sibi a terra littora cognoscendi occasionem non futuram, quod tamen commercii causa magni erat momenti. Misit ergo classem, ut littoris conditionem

diligentissime perscrutaretur. Altera vero ratio expeditionis hujus navalis erat, ut commercio inter orientem et occidentem viam inveniret. Viderat Alexander, dum Tyrum oppugnaret, quantas opes suppeditaret commercium indicum. Condiderat deinde Alexandriam in Aegypto, primum quidem praesidii regionis causa; deinde vero quum Indiam intraret ejusque divitias miraretur, operae pretium ei visum videtur, ut sibi commercium indicum acquireret. Videbat vero, quam difficiles sint merces indicae itinere terrestri in occidentem transportatu; videbat sua experientia, non difficulter eas per Indum ad mare deferri posse. Intererat nunc scire, utrum etiam per mare in Persiam et Euphratem portari possent. Quod igitur ut disceret, misit Nearchum. Qui vero quum docuisset, invium non esse mare indicum, voluit Alexander ipse circum Arabiam in sinum arabicum navigare, partim ut Arabiam subigeret, partim ut videret, utrum naves statim ex Aegypto in Indiam pervenire

nire possent. Sed mors citior consilia ejus interruptit. Si diutius vixisset, ipse forte Alexander Alexandriam suam commercio indico ditissimam factam vidisset.

3. τὰ ἐπινοούμενα sunt, ut omne littus diligenter perscrutaretur et describeret. Καὶ ἄμα sc. ὄντινα ἐπιλέξαιτο ἕνεκα τῶν ἐν νηὶ ἀνδρῶν, et simul dubius erat, quem deligeret, classiariorum causa, ut iis, ad tantum iter missis, metum adimeret, se in manifesta pericula mitti. „Id vero affectus est Alexander, ut notat Raphaelius, Nearchus classi praeposito, quod et exercitus et nautae persuasum haberent, Alexandrum nequaquam ad manifesta pericula Nearchum [qui erat ex amicissimis] missurum, nisi et ipsi quoque fervandi essent, ceu dicitur sect. 8. „

4. τοῖς δὲ ἄλλο] Non solum ignaviam, patriaeque desiderium, sed alias quoque varias causas referebat, cur hunc illumve classis ducem constitui nollet. *Raph.*

7. ἀγαπήσαι] ἀγαπᾶν dicimur id, quod libenter amplectimur, gratumque nobis et acceptum est. *Raph.*

τῆ εὐλα παντὸς] Vincent pag. 101. n. 96. hunc Nearchi cum Alexandro sermonem non ad Indi ostia, sed jam in Hydaspes habitum

cenfet, quia Nearchus classi jam per navigationem in Indo praeerat. — Haec opinio primo adspectu verosimilis esse potest, sed ordo rerum, quem habet Arrianus et omnis ejus narratio repugnat, nec mihi verosimile est, Alexandrum jam in Hydaspes de navigatione in mari cogitasse, quod esse tunc temporis primum audivit, quum in India Nili fontes invenisse somniaret. cf. Exped. VI, 1, 2. seqq.

9. τῶν τριηράρχων] Hoc vocabulum iterum non intelligo de praefectis navium, sed de iis, qui curam sortiti sunt navium omni apparatu instruendarum, ut c. 18, 3.

10. Locus Expeditionis huc pertinens est VI, 19, 8. seqq. „Tum ad insulam in flumine redibat, atque ad ejus promontoria appulsus, diis Alexander, quibus ab Hammone se sacrificare jussum esse dicebat, sacrum facit. Postero die ad illam alteram in Oceano sitam insulam navigat, ubi appulsus aliis hostiis, aliis etiam diis, alio quoque modo sacrificat, id quoque ex Hammonis oraculo facere se praedicans. Ipse ostium Indi evectus in mare processit, exploraturus, ut quidem dicebat, an aliqua regio vicina in mari appareret, meo vero iudicio, praecipue ut in mari magno

magno externo Indorum navigasse diceretur. Ibi tauros Neptuno caesos in mare projecit, libationeque sacrificio superaddita et phialam illam, quae aurea erat, et crateras aureas gratias agens in undas immisit, precatus, ut exercitum navalem, quem cum Nearcho in sinum perficuum atque ostia Euphratis et Tigris mittere statuerat,

salvum et incolumem tra-  
ducat. „

II. τῆτε ἄλλη cet.] sc. λέγει Νέαρχος.

ἔρπτον] in Lexicis non reperitur. Videtur autem derivandum ab ἔργον, ut sit: quod perficitur. Raph. Melius, quod est perficiendum. ἐξηγήσθαι, narrabant, dicebant.

XXI. Ὡς δὲ τὰ ἐτήσια ἰ  
πνεύματα ἐκοιμήθη, (ἀ δὲ τῶ  
θέρους τὴν ὥρην πᾶσαν κατέ-  
χει ἐκ τοῦ πελάγους ἐπι-  
πνέοντα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ  
ταύτη ἄπορον τὸν πλοῦν ποιέ-  
οντα) τότε δὲ ὤρμηντο, ἐπὶ  
ἄρχοντος Ἀθήνησι Κηφισοδώ-  
ρου, εἰκάδι τοῦ Βοηδρομιῶνος  
μηνός, καθότι Ἀθηναῖοι ἀγχα-  
σιν· ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ  
Ἀσιανοὶ ἦγον, τὸ ἐνδέκα-  
τον βασιλεύοντος Ἀλεξάνδρου.

XXI. Quo igitur tem-  
pore etesiae spirare desie-  
rant, (qui quidem per inte-  
gram aestatem ex mari in  
terram flantes navigationem  
impediunt) naves solverunt,  
archonte Athenis Cephiso-  
doro, xx die Boedromio-  
nis, quemadmodum Athe-  
nienfes computant: ut vero  
Macedones et Asiatici, un-  
decimo ex quo Alexander  
regnabat anno. Sacrifica-

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXI.

- I. ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ ἦγον τὸ ἐνδέκατον βασιλ. —  
Dolendum est, ita corripri hunc locum potuisse, ut deleretur et nomen mensis et numerus diei ex ratione Macedonica et Asiana. Non enim sufficit notatio de anno regni Alexandri. Hunc undecimum esse perinde Athenienfes computabant ac Macedones et Asiani; nec enim poterant aliter. Itaque certe excidit, quod

Θύει δὲ καὶ Νέαρχος πρὸ τῆς 2  
 ἀναγωγῆς Διὶ Σωτῆρι, καὶ  
 ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικὸν καὶ οὐ-  
 τοσ. Ἄραντες δὲ ἀπὸ τοῦ  
 ναυσάθμου τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ  
 κατὰ τὸν Ἰνδὸν ὀρμίζονται πο-  
 ταμὸν πρὸς διώρυχα μεγάλη,  
 καὶ μένουσιν αὐτοῦ δύο ἡμέ-  
 ρας· Στουρὰ δὲ ὄνομα ἦν τῷ  
 χώρῳ· σαδίσι ἀπὸ τοῦ ναυ-  
 σάθμου ἐς ἑκατόν. Τῇ τρίτῃ 3  
 δὲ ἄραντες, ἔπλεον ἔστε ἐπὶ  
 διώρυχα ἄλλην σαδίους τριά-  
 κοντα, ἀλμυρὴν ἤδη ταύτην  
 τὴν διώρυχα· ἀνῆει γὰρ ἡ  
 θάλασσα ἐς αὐτὴν, μάλιστα  
 μὲν ἐν τῆσι πλημμυρίσιν·

vit autem et Nearchus an-  
 tequam navigationem susci-  
 peret Jovi Servatori, ludos-  
 que gymnicos etiam is edi-  
 dit. Primo itaque die quum  
 e statione solvissent, in In-  
 do fluvio ad amplum quen-  
 dam alveum appulerunt (lo-  
 co Stura nomen est) distan-  
 tem a statione stadiis circi-  
 ter c. biduoque ibi commo-  
 rati sunt. Tertio die inde  
 moventes, ad alium alveum  
 xxx stadiis inde remotum  
 pervenerunt, cujus aqua  
 falsedinem maris referebat:  
 mare enim in eam acce-

quod dico. Unde accuratissimus Usserius in capite I. de solari anno Macedonum citans hunc locum, verbum ἦγον omittens, asteriscos interponit duos, statuens Arrianum scripsisse τῷ Α' μηνὸς ὀγδοῆ ἰσαμῆν. Quod quum librarius non adsequeretur, haesitans Apellaeusne an Audynaecus aut Artemisius designari deberet, totum hoc comma neglexit. Conatus egregius, sed ambigo an felix. Nam si statui debet Arrianus ita scripsisse, statui similiter potest, etiam alios scripsisse; id quod eo verget ac procedet, ut nusquam nomen istius mensis integre explanatum scribendo extiterit, et fere ipsum totum sic ex libris antiquis deleatur. Sed quum et aliis in libris exstet, sane et scriba Arriani posuisset, siquidem a principio scripsisset ipse auctor; cui sane suffecisse videtur, nomen mensis univulsi per Graeciam satis cogniti apposuisse, ut inde non necessarium duxerit, etiam Macedonice appellatum mensis addere. Gron.

ὑπέμενε δὲ καὶ ἐν τῆσιν ἀμπώτεσι τὸ ὕδωρ μεμιγμένον τῷ ποταμῷ· Καύμαρα δὲ ὄνομα ἦν τῷ χώρῳ. Ἐνθεν δὲ εἴησιν σαδίους καταπλώσαντες, ἐς Κορέεσιν ὀρμίζονται, ἔτι κατὰ τὸν ποταμόν. Ἐνθεν δὲ ὀρμηθέντες, ἔπλεον οὐκ ἐπὶ πολλόν· ἔρμα γὰρ ἐφάνη αὐτοῖσι κατὰ τὴν ἐκβολὴν τὴν ταύτη τοῦ Ἰνδοῦ, καὶ τὰ κύματα ἐρρόχθει πρὸς τῆ ἡϊόνι, καὶ ἡ ἡϊὼν αὕτη τραχεῖα ἦν. Ἄλλὰ ἵναπερ μάλα θανάον ἦν τοῦ ἔρματος, ταύτη διώρυχα ποιήσαντες ἐπὶ σαδίους πέντε, διῆγον τὰς νέας, ἐπειδὴ ἡ πλημμύρα ἐπῆλθεν ἢ ἐκ τοῦ πόντου. Ἐκπεριπλώσαντες δὲ σαδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ὀρμίζονται ἐς Κρώκελα

dente aestu se ingerit, aquaque flumini permista etiam recedente aestu manebat. Caumara is locus dicitur. Inde xx stadia provecti ad Coreestim etiamnum in flumine pervenerunt. Hinc rursus moventes non multum navigarunt, scopulum conspicati ea parte qua Indus illic in mare fertur, et fluctus littori illidebantur cum truci et immani strepitu, littusque ipsum asperum erat. Caeterum qua scopulus mollior videbatur, fossa quinque stadiorum perducta, naves traduxerunt aestu marino accedente. Inde stadia c. circumnavigando emensi in Crocela

3. ἐν τῇ ἀμπώτει — Causa non fuit, ut haec singulari numero efferret, cum paulo ante τῆσι πλημμυρίσιν dixerit. Quin etiam MS. optimus plane habebat τοῖσιν ἀμπώτεσι, ut levi mutatione scribendum sit τῆσιν ἀμπώτεσι. In uno erat ταῖς ἀμπώτεσι. Gron. Gronovii emendationem recepi. Ex eodem Optimo scripsi Καύμαρα pro Καύμαρα et Κορέεσιν pro Κορέατιν. MS. Bodl. habet Κορακαίτην. Censeo vero, in nominibus obscuris harum regionum et ab aliis scriptoribus ne nominatis quidem me solummodo codicem optimum sequi debere.

7. Κρώκελα et sect. 9. Κρωκέλων, ex Opt. pro Κρόκαλα et Κροκάλων; quamvis Piin. VI, 21. nomen Crocala retineat.

νῆσον ἀμμώδεα, καὶ μένουσιν arenosam insulam pervene-  
 αὐτοῦ τὴν ἄλλην ἡμέραν· runt, ibique alterum diem  
 προσκοιέει δὲ ταύτῃ ἔθνος Ἰν- 8 commorati sunt. Vicina  
 δικόν, οἱ Ἀράβιες καλεόμε- huic insulae loca incolunt  
 νοι, ὧν καὶ ἐν τῇ μέσῳι ξυγ- Arabies Indica gens, quo-  
 γραφῇ μνήμην ἔσχον· καὶ ὅτι rum etiam in majori opere  
 εἰσὶν ἐπώνυμοι ποταμοῦ Ἀρά- mentionem feci: quodque  
 βιος, ὃς διὰ τῆς γῆς αὐτῶν id nominis a fluvio Arabi  
 ῥέων, ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, acceperint, qui per ipforum  
 ὀρίζων τούτων τε τὴν χώραν regionem fluens in mare  
 καὶ τῶν Ὠρειτέων. Ἐκ δὲ 9 fertur, eorumque fines ab  
 Κρωκέλων ἐν δεξιᾷ μὲν ἔχον- Oritarum finibus dividit.  
 τες ὄρος τὸ καλεόμενον αὐτοῖ- Ex Crocelis, ad dextram  
 σιν Εἶρον, ἐν ἀρισερᾷ δὲ νῆσον habentes montem, Irum ab  
 ἀλιτενεά ἔπλεον· ἡ δὲ νῆσος iis vocatum; ad finistram  
 παρατεταμένη τῇ ἡϊόνι, κόλ- vero insulam vadofam, υἱ-  
 πον ζενὸν ποιέει. Διεκπλεύ- 10 terius navigarunt: haec in-  
 σαντες δὲ ταύτην, ὀρμίζονται sula ad littus extenta, an-  
 ἐν λιμένι εὐὸρμῳ· ὅτι δὲ μέ- gustum finum efficit. Hunc  
 γας τε καὶ καλὸς ὁ λιμὴν emensi in portu commodam  
 Νεάρχῳ ἔδοξεν, ἐπονομάζει navibus stationem praeben-  
 αὐτὸν Ἀλεξάνδρου λιμένα. tem appellunt. qui quod  
 Νῆσος δὲ ἐστὶν ἐπὶ τῷ σώματι 11 amplius simul et pulcher  
 τοῦ λιμένος ὅσον σαδίους δύο Nearcho videretur, Alexan-  
 ἀπέχουσα· Βίβακτα ὄνομα τῇ dri portum eum appellavit.  
 νήσω· ὁ δὲ χῶρος ἅπας Σάγ- In portus faucibus- insula  
 γαδα· ἡ δὲ νῆσος καὶ τὸν λι- adjacent, circiter duo inde  
 μένα, προκειμένη πρὸ τοῦ stadia distans, cui Bibactá  
 πελάγεος, αὐτὴ ἐποίησεν. Ἐν- 12 nomen est: omnis vero ad-  
 ταῦθα πνεύματα μεγάλα ἐκ jacens regio Sangada dici-

9. ἐπονομάζει — ex Opt. et Bodl. pro infinitivo.

τοῦ πόντου ἔπνεε καὶ συνεχέα, καὶ Νέαρχος δείσας τῶν βαρβάρων μή τινες συνταχθέντες ἐφ' ἀρπαγὴν τοῦ στρατοπέδου τραποίατο, ἐκτειχίζει τὸν χώρον λιθίνῳ τείχει. Τέσσαρες 13 δὲ καὶ εἴκοσιν ἡμέραι τῇ μονῇ ἐγένοντο· καὶ λέγει, ὅτι μύας τε ἐθήρων τοὺς θαλασσίους οἱ στρατιῶται, καὶ ὄστρεα καὶ τοὺς σωλήνας καλεομένους, ἄτοπα τὸ μέγεθος, ὡς τοῖσιν ἐν τῇδε τῇ ἡμετέρῃ θαλάσῃ συμβαλέειν· καὶ ὕδωρ ὅτι ἀλμυρὸν ἐπίετο.

tur. haec insula mari opposita suapte natura portum efficit; hinc ingentes contumique venti a mari spirabant. Nearchus veritus ne qua barbarorum manus collecta castra diriperet, lapideo muro locum cingit, et xxiiii dies ibi moratus est: dicitque milites per id tempus myes marinos cepisse, et ostrea, et solenes, qui vocantur, inusitatae magnitudinis, si cum nostri maris testaceis conferantur. Aquam etiam salisam potasse narrat.

13. καὶ τὲς σωλήνας — ex Opt. pro vulgato δὲ τοὺς σωλήνας.

#### ANIMADVERSIONES AD CAP. XXI.

*Arg. Tempus quo Nearchus solvebat; Initium navigationis. Stura. Caumara. Coreestis. Crocela. Arabies. Irus. Portus Alexandri. Bibacta. Sangala. Mora Nearchi per dies XXIV.*

1. τὰ ἐτήσια πνεύματα] Qui venti a Graecis in mari mediterraneo Etesiae vocari solebant, jam supra dictum est ad c. 6, 7. Hoc loco sub etesiis intelligit Arrianus ventum adversum, a mari ad terram spirantem. Se ipse explicat Exped. VI, 21, 1. seqq., ubi dicit: „Erat vero id anni tempus ad navigandum inestum. Etesiae enim spirabant, qui quidem ea

anni parte [aestate] non a septentrione, ut apud nos, sed a magno mari ex austro potissimum exsurgunt. At ab hiemis initio, prorsus per id tempus, quod est ab occasu Plejadum ad aequinoctium [sic vertendum est τροπή, non solstitium] hibernum [vel vernum] navigabilem iis in locis Oceanum esse narrabant. Tunc enim a terra magis, utpote multis



tis pluviis madida, auras existere lenes, et ad navigationem tam remis quam velis faciendam accommodatas. Nearchus itaque classis praefectus tempus ad navigandum opportunum expectabat. „Intelligendus est ventus, quem Angli vocant *the Monsoon*, Galli *le Mousson*. Sex menses aestivos in Oceano indico inter Javoniam usque ad insulam Madagascar, spirat sicut Africus veterum, ex plaga media inter meridiem et occasum; sex hibernos sicut Boreas, h. e. ex plaga media inter septentrionem et orientem. Ab hac via discedit interdum vel monte vel promontorio vel sinu coactus, et proxime littora plerumque ventis, quae vel a terra, vel a mari quovis die per vices spirant, spatium relinquit. Brevitatis causa liceat inhi alterum vocare *Boream indicum*, alterum, *Africum indicum*. Boreas indicus in ea regione incipit cum fluctuatione aliqua Octobri, sed firmus fit Novembri per quatuor menses. Tum iterum fluctuare incipit Martio, et firmus fit Africus Aprili vel Majo. Praeter littora Gadrosiae vero Novembri, Decembri et Januario Boreas indicus spirat firmiter ab oriente occasum versus. In eodem littore, sed propius terram inter finem Octobris

et medium Novembrem incipiunt venti, per vices vel a terra vel a mari quotidie spirantes, et continuantur per quatuor menses. Ventus a mari fiat a meridie usque ad mediam noctem; ventus a terra a media nocte usque ad meridiem, tempestate plerumque serena. Omnia haec conspirabant ad faustam reddendam Nearchi navigationem. Quum enim Octobri navigare incepisset, post navigationem paucorum dierum coactus fuit, prope promontorium Irum viginti quatuor dies manere, donec Boreas indicus firmior redderetur. Tunc vero in alto juxta littora, firmiter ab oriente occasum versus spirante Borea navigare poterat, et si ad terram appelleret, ventus a terra quotidie ei sine periculo viam aperiebat in altum, et tempesta erat serena. Navigare ibi poterat Nearchus, si modo uteretur occasione. Sed credi potest eum ab incolis quoque certiora audivisse. cf. Vincent pag. 36. seqq.

*ἐπὶ ἀρχόντος Ἀθήνησι Κηφισοδώρῳ*] Diodorus XVIII, 1., Dionys. Hal. in Dinarcho pag. 116. et Epist. ad Aulum. p. 121. Cephisodorum archontem fuisse dicunt Ol. CXIV, 1. i. e. primo post Alexandri mortem anno. Undecimus vero regni Ale-

xandri annus congruit cum Ol. 113, 3. ante Chr. 326. quo tempore Anticles archon fuisse narratur. Ordo rerum gestarum prorsus vetat, ut navigationis principium in alio anno colloceamus. Nihil igitur restat, quam ut vel dicamus Arrianum errasse, vel cum doctissimo chronologo (P. Corf. Fasti attici diff. IX. T. II. p. 30. 31. Tom. IV. p. 52.) ponamus, Cephifodorum suffectum fuisse Anticli, vel mortuo, dum magistratum gereret, vel alio quo casu magistratu se abdicare coacto. Hoc modo nodum caedendo solvi non nego. cf. Weff. ad Diod. 18, 1. et St. Croix pag. 259.

*εἰκάδι τῆς Βοηδρομιῶνος*] Boedromion Atticorum respondet Septembri, non Augusto, ut vulgo vertunt. Vid. Fast. Att. P. Corf. Principium vero anni attici pendebat a plenilunio primo post solstitium aestivum; igitur variabile erat, sicut apud nos festum paschale. Annus vero Ol. 113, 3. (cf. Dodwell. de Vet. Cyclis p. 721.) incipiebat XVI<sup>mo</sup> Julii. Boedromion igitur, tertius mensis, XIII<sup>mo</sup> Septembris. Vigesima vero Boedromionis respondet secundo Octobris. Incepit igitur navigatio Nearchi Ol. 113, 3. ante Christ. 326. die II Oct. Strabo paulisper dif-

fert ab Arriano, de quo videatur Vincent p. 35., quem hic secutus sum.

2. Ἄραυτες δὲ ἀπὸ τῆς ναυσάθρας] Strabo XV. p. 496. Alexander „classem tradidit Nearcho et Onesicrito, primo gubernatorum, jubens compositae (οἰκειίας ἑσέως ἐπιλαμβανομένους) sequi et ipsius iter a latere comitari. Et quidem Nearchus refert, jam rege iter peragente, ipsum in autumnno sub vespertinum exortum Vergiliarum navigationem coepisse, quum nondum venti essent secundi, barbaris ipsos adorientibus atque expellentibus. Quum enim redisset rex, animos eos recepisse, et libertatem affectasse. Vides hic rationem, cur Nearchus solveret, Borea indico nondum spirante; quam cur Arrianus, eundem Nearchum sequutus, non tradiderit, miror. Auctor defectionis fuit forte Pattalorum regulus (a Curtio IX, 8, 28. Moeris vocatus) qui prius quidem regionem suam Alexandro dederat; rege vero appropinquante, cum plurimis subditorum in desertum fugerat; (Exped. VI, 17, 4. 9.) de cuius reditu nulla mentio. Fugerat forte in desertum ab oriente Indi, et redierat forte in regnum suum post Alexandri discessum. Tantum abest, ut Arrianus de  
hac

hac re loquatur, ut adeo sacrorum et certaminum mentionem faciat, quasi festinationi non fuisset locus. Sed vera res fuisse videtur, quia Arrianus non descripsit discessum classis a Pattalis, sed a statione quadam, propiore ostio Indi, fortasse insula Killuta, (de qua vide Exped. VI, 19, 6. et Plut. Vit. Alex. c. 66., ubi eam ab Alexandro ipso Skillustin, ab aliis Psiltukin nominatam tradidit) saltem ab loco, qui solummodo 150 stadia ab ostio distabat. A Plinio is locus vocatur Xylenopolis lib. VI, 23. Vinc. pag. 168. seqq.

τὸν Ἰνδόν] Brachium dextrum Indi a Ptolemaeo vocatur Sagapa.

Στῆρα] Stura, Caumara, Coreestis, tria haec nomina videntur esse fossarum, de quibus nunc nihil scitur, factarum vel agriculturae, vel communicationis causa, vel (cf. Freinsh. ad Curt. IX, 9, 9. 20.) propter tempestates ejus regionis, ut naves in iis servari possent. Vinc. p. 171. not. 11.

5. ἔρμα] Sunt ἔρματα, ὑφαλοὶ πέτραι, ut Helychius interpretatur. Blanc.

ἑρόχθει] alludit ad τὴν ἦχος τραχύτητα, quam in verbo ἑρόχθειν exprimi fatentur Graeci Grammatici. Gron.

6. μαλθακὸν ἦν τῷ ἔρματος] cujus forte maxima pars ex arena constabat.

διάρυχα ποιήσαντες] Fecerunt igitur id ipsam, quod aliquis eorum intellexerat fecisse Xerxem in monte Atho, ne cogeretur eum circumnavigare. [Prior enim classis persica circa Athon montem tempestate correpta maximam partem perierat. De fossa post Athon ducta vide Herodotum VII, 21-24. et 122. S.] Ita, quum animadvertèrent nunc Macedones non sine periculo fore, si flectere et superare cogerentur illud ἔρμα, intus censuere commodius fore, si transitum effoderent, quo secure ad ulterius littus naves traducerentur, illo saxo ad laevam relicto. Gron.

7. Κρώκελα] nunc sinus Crotchey vel Carantchy, primus portus, quem Europaei in India viderunt, in quo est insula arenosa, quae in Arriano intelligenda videtur, decem nautarum miliaria distans a Sagapa (Laribundar) quae mensura cum stadiis ab Arriano numeratis congruit. Vinc. p. 172.

8. μῆμην ἔσχον] VI, 21, 7. Erant ἔθνος αὐτόνομον: Alexandro adventante aufugerant, quum nec satis virium haberent ad resistendum, nec sese subicere vellent. Nec subacti sunt; nam trans-

iiit Alexander tantum per eorum fines ad Oritas. De diverso nominis Arabitarum scriptura vide Blancardum p. 417. Fluvius Arabius angustus erat et modicae altitudinis, Exp. VI, 21, 8. De nominis Oritarum diversa scriptura vide Freinshem. ad Curt. IX, 10, 6. et Blancardum pag. 418. de gente ipsa Exped. VI, 21, 6. seqq. et Ind. 23, 5. seqq. Quum nullum amicitiae signum in Alexandrum edidissent, festinanter rex transiit fines Arabitarum, atque Oritarum fines ingressus et percurrrens celeritate eos et vi subegit. Discedebat Leonnato relicto ad urbem in praesidium regionis muniendam, atque ut classem maneret. At post Alexandri discessum deficiebant Oritae; magno vero praelio ab Leonnato vincebantur.

9. *Ἐξῶν*] nunc promontorium Monze. Vinc. p. 175. Insula vadosa Arriani est scamnum arenaceum, promontorio adjacens.

10. *Portus Alexandri* hodie accuratius non cognitus est. Neglexit vero Arrianus numerum stadiorum a Crocelis usque ad hunc portum. Si Plinius VI, 23, oppidum a Nearcho conditum dicit in ea navigatione, intelligendum forte hoc est de hoc portu, cui Nearchus nomen Alexandri dederat.

11. *Βίβακτα*] hodie insula Chilney. Sita est post promontorium Monze, ea directione et altitudine, ut naves Nearchi ab Africo indico defendere potuerit. Longitudinem habet ferme unius miliaris. Vinc. p. 176. Apud Plinium VI, 21. vocatur Bibaga, ostreis et conchyliis referta.

*Σάγγαδα*] In hoc nomine, vel in nomine Saranga (c. 22, 3.) d'Anville inveniri vult hodiernos Sanguadianos vel Sangarianos, famosos piratas. Habitant vero hi ad sinum Cutch. At sive hic sive alibi sedes suas habeant, potuerunt tamen omni aetate totum littus frequentare, et potuerunt quaedam loca nomen ab iis habere. Piratae in littoribus post promontoria sese abscondere solent, quo facilius naves circumvenientes opprimere possint. Ad tales insidias, navibus ab oriente venientibus faciendas, aptus saltem locus est portus Alexandri, promontorio Iro obtectus. Piratae Sanguadiani vero aequae vetusti esse possunt ac piratae a Severndroog (in littore malabarico), quorum mentionem jam fecit Strabo et auctor Peripli maris Erythraei. Vinc. pag. 178.

12. *Ἐνραῦδα*] Inter promontorium Irum et Arabium fluvium sinus est, in  
cujus

cujus littoris parte castra Nearchi erant. Stationes classis inter utrumque certo designari nequeunt, quia Arrianus nuda modo nomina servavit. In castris vero Nearchum manere oportuit, donec Africus indicus cessaret, usque ad d. 3<sup>um</sup> Nov. Africus vero mutatur in Boream indicum circiter medio Novembri. Est vero aliqua fluctuatio ventorum sub finem prioris et principium alterius. Talis fluctuatio incipere potest post d. 3<sup>um</sup> Nov. Inde explicari potest brevitatis itinerum classis diebus seqq. inde nimia adhaesio classis in littore. Plerumque enim ventus adversus erat, subinde modo remittebat. Inde explicari potest, cur proximis diebus itinera longiora fierent, et quod non nisi proxime ad principium Decembris firmo et perfecto Borea indico uti poterant. Sed omnia haec probant et veritatem itineris ac descriptionis, et veritatem defectionis Indo-

rum, quae Nearchum movere potuit, ut tot periculis sese objiceret, quod sine dubio non fecit nisi coactus: Vinc. pag. 177.

13. *μύας*] *οἱ μύες* [a *μύειν* nictere] live *μύακες* in concharum genere sunt ex parte hiantium, de quibus vide Salmasium in Plinianis pag. 1129. vel Blancardum pag. 552., qui Salmasium descripsit.

*τὲς σωλήνας*] ostrea sunt sui generis et solenes, licet testam habeant vel tubum, etiam ipsi sui generis, quod satis notum est; et *ἄτοπα* referri potest ad omnia tria. Gron. Coniunguntur ab Arriano tres species testaceorum. Vincent pag. 175. *σωλήνας* idem esse putat, quod Angli vocant *the Kima cockle*. A Gesnero sic describuntur: Solenes pisces sunt, qui et Dactyli et ungues dicuntur; ex concharum genere. Id est, canales (tubi) quorum similitudinem referunt. Pisces sunt Anglis et Gallis noti.

XXII. Ἄμα τε ὁ ἄνεμος ἰ  
ἐπαύσατο, καὶ οἱ ἀνήγοντο  
καὶ περαιωθέντες σαδίους ἐς  
ἑξήκοντα, ὀρμίζονται πρὸς αἰ-

XXII. Sedato autem ven-  
to, vela fecerunt, ac sta-  
dia circiter LX progressi, in  
fabulosum littus appulerunt.

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXII.

1. *ὡς ἐξήκοντα* — in MS. Bodl. *ὡς ἐξήκοντα*. Hudf.

γιαλῶ ψαμμώδει· νῆσος δὲ Infula adjacebat littori de-  
 ἐπὴν τῷ αἰγιαλῷ ἐρήμη. Ταύ- ferta. Hac autem pro mu-  
 την δὲ πρόβλημα ποιησάμενοι nimento (tegmine adversus  
 ὠρμίσθησαν· Δόμαι οὖνομα 2 fluctus) usi substiterunt. Do-  
 τῆ νήσω· ὕδωρ δὲ οὐκ ἦν ἐν mae nomen insulae erat.  
 τῷ αἰγιαλῷ· ἀλλὰ προελ- Quumque in littore aquam  
 θόντες ἐπὶ τὴν μεσογαίην ὅσον non habent, loca medi-  
 εἴκοσι σταδίους, ἐπιτυγχάνου- terranea versus ad viginti  
 σιν ὕδατι καλῷ· τῆ δὲ ὕσε- 3 circiter stadia progressi dul-  
 ραίη ἐς νύκτα αὐτοῖς ὁ πλόος cem aquam repererunt. Po-  
 ἐγένετο ἐς Σάραγγα σταδίους stridie quum ad noctem us-  
 τριηκοσίους, καὶ ὀρμίζονται que navigassent, Sarangis,  
 πρὸς αἰγιαλῷ, καὶ ὕδωρ ἦν ccc inde stadia, ad littus  
 ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ὅσον ὀκτώ appulerunt. Ibi aqua octo  
 σταδίους. Ἐνθεν δὲ πλώσαν- 4 ferme a littore stadia ab-  
 τες, ὀρμίζονται ἐν Σακάλοισι, erat. Illinc repetita navi-  
 τόπῳ ἐρήμῳ· καὶ διεκπλώ- gatione, ad Sacala locum  
 σαντες σκοπέλους δύο, οὕτω desertum appulsi sunt. Inde  
 τι ἀλλήλοις πελάζοντας, ὥστε superatis duobus scopulis  
 τοὺς ταρσοὺς τῶν νεῶν ἄπτε- adeo inter se propinquis ut  
 σθαι ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν πε- palmulae remorum utrinque  
 τρέων, καθορμίζονται ἐν Μο- cautes stringerent, emensi

2. ἐπὶ τὴν μεσογαίην — ex Opt. pro ἐς τὴν μεσογ.

4. καὶ δὴ ἐκπλώσαντες σκοπέλους δύο — Sic habent editiones omnes, et lectionem variantem ex Codd. notatam non inuenio. Locus vero laborat. Conjectio et scribo: διεκπλώσαντες, ut accusativus σκοπέλους δύο regatur a praepositione διὰ verbo praeposita. Alias omnino non video, quomodo is accusativus construendus sit. Verbo διεκπλέω mox sect. 6. iterum utitur auctor, sed alia constructione. Non addit τὰς σκοπέλους, sed denuo addita praepositione διὰ τῶν σκοπέλων. — Mox ex Opt. recepi Μοροντοβαρβάραις, pro vulgato Μοροντοβάραϊς.

ροντοβαρβαροις, σαδιους διελ-  
 θόντες ἐς τριηκοσίους· ὁ δὲ 5  
 λιμὴν μέγας, καὶ εὐκυκλος,  
 καὶ βαθύς, καὶ ἄκλυτος· ὁ  
 δὲ ἔσπλους ἐς αὐτὸν σεινός·  
 τοῦτον τῆ γλώσση τῆ ἐπιχω-  
 ρίῃ Γυναικῶν λιμένα ἐκάλεον,  
 ὅτι γυνὴ τοῦ χώρου τούτου  
 πρώτη ἐπῆρξεν. Ὡς δὲ διὰ 6  
 τῶν σκοπέλων διεξέπλεον,  
 κύμασί τε μεγάλοισιν ἐνέκυρ-  
 σαν, καὶ τῆ θαλάσση ῥωώδει·  
 ἀλλὰ ἐκπεριπλῶσαι γὰρ ὑπὲρ  
 τοὺς σκοπέλους, μέγα ἔργον  
 ἐφαίνετο. Ἐς δὲ τὴν ὕσε- 7  
 ραίην ἔπλεον, νῆσον ἐς ἀρισερά  
 ἔχοντες πρὸ τοῦ πελάγεος,  
 οὕτω τι τῆ αἰγιαλῷ συναΐσα,  
 ὥστε εἰκάζειν ἂν διώρυχα εἶναι  
 τὸ μέσον τοῦ τε αἰγιαλοῦ καὶ  
 τῆς νήσου· σαδιῶσι οἱ πάντες  
 ἑβδομήμοντα τοῦ διέκπλου·  
 καὶ ἐπὶ τε τοῦ αἰγιαλοῦ δέν-  
 δρεα ἦν πολλὰ καὶ θασέα, καὶ  
 ἡ νῆσος ὕλη παντοίῃ σύσκιος.  
 Ἰπὸ δὲ τὴν ἔω ἔπλεον ἔξω 8  
 τῆς νήσου, κατὰ ῥηχέειν σε-  
 νήν· ἐπὶ γὰρ ἀνάπτωτις κα-  
 τεῖχε. Πλώσαντες δὲ ἐς ἐκα-  
 τὸν καὶ εἴκοσι σαδίους, ὀρμί-  
 ζονται ἐν τῷ σώματι τοῦ Ἀρά-

stadia ccc in Morontobar-  
 baris constiterunt. Ibi por-  
 tus est amplissimus, undi-  
 que septus, ac profundus,  
 minimeque procellosus. Cae-  
 terum fauces ejus angustae;  
 hunc patria lingua Portum  
 foeminarum vocabant: quod  
 mulier quaedam prima illi  
 loco imperarit. Trajectis  
 (iterum) scopulis, magnis  
 fluctibus inciderunt, et mari  
 fluctuoso, et scopulos trans-  
 isse res magna videbatur.  
 Postero vero die naviga-  
 runt, insulam quandam a  
 sinistra pelago objectam ha-  
 bentes, quae quidem ita  
 propinqua littori erat, ut  
 medius alveus inter insulam  
 et littus esse effossus vide-  
 retur; LXX in universum  
 stadiorum ea navigatio (in  
 fossa) fuerat. Multae erant  
 densaeque in littore arbo-  
 res, insulaeque ipsa variis syl-  
 vis umbrosa. Sub lucem per  
 angustum et aestuosum lo-  
 cum extra insulam naviga-  
 runt; adhuc enim recessus  
 maris obtinebat: continua-  
 taque navigatione ad cxx  
 stadia, apud fauces Arabis

βίος ποταμοῦ· καὶ λιμὴν μέ-  
 γας καὶ καλὸς πρὸς τῷ στό-  
 μάτι· ὕδωρ δὲ οὐκ ἦν πότι-  
 μον· τοῦ γὰρ Ἀράβιος αἱ ἐκ-  
 βολαὶ ἀναμεμιγμέναι τῷ πόν-  
 τῳ ἦσαν· ἀλλὰ τεσσαράκοντα 9  
 σταδίους εἰς τὸ ἄνω προχωρή-  
 σαντες, λάκκῳ ἐπιτυγχά-  
 νοῦσι· καὶ ἐνθεν ὑδρευσάμε-  
 νοι, ὀπίσω ἀπενόσησαν. Νῆ- 10  
 σος δὲ ἐπὶ τῷ λιμένι ὑψηλὴ  
 καὶ ἔρημος· καὶ περὶ ταύτην  
 ὄσρέων τε καὶ ἰχθύων παντο-  
 दाπῶν θήρα. Μέχρι μὲν τῶδε  
 Ἀράβιεσ, ἔσχατοι Ἰνδῶν,  
 ταύτην ὤκισμένοι· τὰ δὲ ἀπὸ  
 τοῦδε Ὀρειταὶ ἐπεῖχον.

amnis confiterunt: et por-  
 tum quidem ibi amplum  
 et commodum nacti sunt:  
 aquam vero potui ineptam,  
 quod per Arabis ostia mare  
 se ingerat. Itaque XL sta-  
 dia adverso amne profecti  
 ad lacum devenerunt: at-  
 que inde assumpta aqua re-  
 versi sunt. Insula apud por-  
 tum est eminens ac deserta;  
 circa hanc ostreorum atque  
 omnis generis piscium pesca-  
 tus erat. Hue usque perti-  
 nent Arabies, ultimi Indo-  
 rum, hac in parte habitan-  
 tium; ulteriora Oritae te-  
 nent.

10. ταύτην ὤκισμένοι — ex Optimo pro vulgato ταύτην ὤκι-  
 σάμενοι, quod nullius est pretii.

#### ANIMADVERSIONES AD CAP. XXII.

*Arg. Vento adverso remittente iterum classis progredie-  
 batur. Domae, insula. Saranga. Sacala. Morontobar-  
 bara. Feminarum portus. Ostium Arabis, amnis.*

1. ἀνήγοντο] die III Nov.  
 praeter littora navigantes.

πρόβλημα] Hoc verbum  
 eodem fere sensu extat in  
 Arr. Tact. c. 13. εἰ πρόβλημα  
 εἴη τῷ ἑτέρῳ κέρως ποταμοῦ ἢ τὰ-  
 φρος ἢ θάλασσα. Rarh.

2. Δόμαι] Est ibi, post  
 Bibacta, alia insula parva,  
 quae forte est Domae Near-  
 chi. Vinc. pag. 178.

3. Saranga, locum nunc  
 incertum, attigerunt d. V<sup>to</sup>  
 Nov. 34<sup>to</sup> navigationis.

4. τόπω ἐρήμῳ] quam ob  
 rem videntur eodem die ul-  
 terius navigasse. Vincent  
 p. 179.

καὶ διεκπλώσαντες σκοπέλας  
 δύο] Si Arrianum recte in-  
 telligo, hi scopuli sunt in  
 faucibus portus feminarum.

Ver-



Verbum *διεπλώσαντες* conjungendum est cum *καθ' ὁρμίζοντας ἐν Μοροντοβαρβάροις*, et vertendum: per eos scopulos navigatione facta appulerunt in portu. Inde sect. 5. fauces portus vocantur angustiae. Inde venisse videtur, ut hodie hic portus ignotus sit, navigatoribus vel propter angustas fauces portum non videntibus, vel propter scopulos conspectos propius non accedentibus. Vincent (pag. 179.) Sacala et rupes illas parum a Sarangis distare putat; conspectis enim rupibus classem Nearchi in ancoris commorata esse. Aliter sentio. Sacalis Nearchus classem in ancoris non tenuisset, si parum modo iter fecisset. Sed quia locus desertus erat, longius progredi coactus videtur. Scopulos vero tunc demum vidit, quum portum feminarum videret, eumque intraret.

*ἐς τριηκοσίαις*] sc. a Sarangis usque ad Morontobarbara. Putandi sunt a prima luce usque ad noctem navigasse. Sic etiam a Domis usque ad noctem navigantibus CCC stadiorum iter factum erat.

5. *εὐκυκλος καὶ βαθύς*] Vinc. p. 180. nota 44. *εὐκυκλος* vertit *tutus*, bene ab omni parte contra ventos tectus; *βαθύς*, *longius in ter-*

*ram porrectus*. Sed hoc poeticum. Dubito adeo, an homericum *βαθύκολπος* hoc significare possit. Verto simpliciter *aquis profundis*, qua in re non minima portuum virtus consistit. Ceterum solum nomen Morontobarbarorum retinuerunt Ptolemaeus et Marcianus Heracl. A Ptolemaeo autem nimis occidentem versus ponitur, ubi forte posteriores nautae bonum portum invenerunt, cui hoc nomen additum, ut putat Mannert T. V. P. II. p. 14.

6. Verba: *ὡς δὲ διὰ τῶν σκοπέλων διεξέπλεον* intelligenda sunt de exitu ex portu feminarum; et in verbo *ἐκπεριπλώσαι* neutra praepositio vacat. Primum per scopulos *e portu enavigandum* erat; deinde, quia Nearchus litora legebat, scopulorum alter et forte plures annexi *circumnavigandi* erant, et a dextra relinquendi. Idque, quod adversus ventus spirabat (ut docent verba sequentia) non immerito magnas res Graecis videbatur, alioquin scopulos nimium metuentibus. Mihi dubium non est, unam illam rupem, quam nostris temporibus decem milliaribus distantem a promontorio Monze invenerunt, et multo minus insulam illam, quam pro Domis Arriani haberi oportet, non convenire cum duobus Arria-

Arriani scopulis. Aliter sentit Vincent pag. 179.

7. *διώρυγα*] Vincent pag. 180. hanc fossam fortasse ex Arabi fluvio derivatam putat, quod concedere nequeo. Superato enim freto per 120 adhuc stadia navigandum erat, donec ad ostium Arabis fluvii pervenirent (sect. 8.), et fluvius ipse parum habebat aquae. VI, 21, 8. Insula ignota est; fossa forte nunc repleta est.

8. *κατὰ ῥηχείην σπηήν*] Facius vertit: *per angustias quasdam*. Vulcanius: *per angusta quaedam loca*. Gronovius: *per alveum non valde profundum et arctum*. Vincent p. 181. not. 48. per: *aestum maris*, (Brandung, angl. surf) vel per *brevia, locum vadofum*, qui aestum causat, cui multa pars litoris indici obnoxia est; vel saltem per *repercussionem aquarum* propter fretum vel angustiam loci. Significat saepe in Arriano aestum maris sine respectu ad rupes.

*πῆ Ἀράβιος ποταμῶ*] Claud. Salmastius in Exercit. Plin. ad Sol. p. 1177. (et cum eo Blancardus loco supra 21, 8. laudato) nomen fluvii *Arbis* scribendum censent. At promontorium Arrubah vel Arraba vel Arraback (non longe distans ab hoc fluvio) contrarium probare videtur. Vinc. p. 181. not. 46. Aucto-

ribus d'Anville et de la Rochette retinet fluvius adhuc nomen Araba. Alterum nomen Il Mend a Perlis habere potest. Id. pag. 182. cf. etiam Mannert T. V. Pars II. p. 15. seqq. Ostium Arabis a Rennelio ponitur in  $65^{\circ} 34'$  longit. a Greenwich,  $25^{\circ} 26'$  latit. et circiter  $44'$  occidentem versus ab ostio Indi occidentali. De portu vero in ostio Arabis hodie nihil sciunt. Vinc. p. 184. Ibidem videas ea pauca, quae Marcianus, Ptolemaeum sequutus, de littore inter Indum et Arabiam habet. Sed omnia nomina alia sunt, quam in Arriano, et sterilis est omnis ejus narratio. Flumen Nabrum, quod Plinius VI, 23. nominat, idem esse videtur cum Arabi, sed corrupte scriptum.

9. *ὕδρευσάμενοι*] Est nunc ad ostium Arabis parvum oppidum, Sommeany vocatum, de cujus penuria aquae etiam nostri navigatores testantur. Vinc. pag. 184.

10. *ὕψηλι καὶ ἐρημος*] Insulam excelsum nostri navigatores non viderunt. Invenierunt arenam longe in mare porrectam, quae quibusdam locis siccatur, si undae inferiores sunt. Vinc. p. 184.

*᾽ὀρεῖται*] Non igitur Orietae Indis adnumerandi? Subjectus locus e libro sexto mani-

manifeste adstruit, pari eos jure sic dici, quo illorum accolae, quos Arbitae vocant, Indi nominantur, (VI, 21, 6.) καὶ ἅμα ὡς τοῖς Ὠρειταῖς, τοῖς ταύτη Ἰνδοῖς αὐτονόμοις ἐκ πολλῶν ἔσιν, ἄφνω ἐπιπτεσεῖν. Sed verba suspecta sunt Salmatio, et legendum conjicit Ὠρίταις καὶ τοῖς etc. ut Arbies

intelligat Oritis vicinos. Mihi verisimilius videbatur, fuisse Arriani ἀμάρτημα μνημονικόν, aut expuncta voce scribendum τοῖς Ὠρειταῖς, τοῖς ταύτη αὐτονόμοις etc. Blanc. cf. 25, 2-4., ubi Arabitae et Oritae Indis adnumerantur, et Mannert l. l. p. 17. et nota ad Exped. VI, 21, 6.

XXIII. Ὀρηθέντες δὲ ἐκ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Ἀράβιος, παρέπλεον τῶν Ὠρειτέων τὴν χώραν· καὶ ὀρμίζονται ἐν Παγάλοις, πλώσαντες σαδίους ἐς διηκοσίους, πρὸς ῥηχειή· ἀλλὰ ἀγκύρωσι γὰρ ἐπίβολος ἦν ὁ χῶρος· τὰ οὖν πληρώματα ἀπεσάλεινον ἐν τῆσι νηυσίν· οἱ δὲ ἐφ' ὕδωρ ἐκβάντες, ὑδρεύοντο. Τῆ δ' ὑσεραίη ἀναχθέντες ἅμα ἡμέρη, καὶ πλώσαντες σαδίους ἐς τριήκοντα καὶ τετρακοσίους, κατὰ

XXIII. Ab ostio itaque Arabis digressi, Oritarum regionem praeternavigantes, ad Pagala cc circiter stadia emensi stationem habuere, ad locum aestuosum quidem, sed ancoris jaciendis idoneum. Remiges igitur in navibus manebant; quidam vero aquatum egressi si aquam attulerunt. Postridie inde cum luce digressi, et circiter ccccxxx stadia emensi sub vesperum in Ca-

## NOTAE CRITICAE AD CAP. XXIII.

1. ἐκ τῆς ἐκβολῆς — ex Opt. pro vulgato ἐκ τῶν ἐκβολῶν. Nusquam enim auctor de pluribus quam uno Arabis ostio loquitur. Ex eodem mox edidi τὰ ἔγ, pro τὰ μὲν ἔν πληρ.
2. ἐς τριήκοντα καὶ τετρακοσίους — ex Opt. pro vulgato ἐς τριήκοσις. Sed non inconcinna est conjectura Conr. Arn. Schmidii (in versione germanica Indicorum pag. 58.) lectionem optimi inde natam censentis, quod librarius

γονται ἐσπέριοι ἐς Κάβανα, καὶ ὀρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ἐρήμῳ· καὶ ἐνταῦθα ὀρηχεῖη τραχεῖή ἦν, καὶ ἐπὶ τῷδε μετεώρους τὰς νέας ὀρμίσαντο. Κατὰ τοῦτον τὸν πλόον 3 πνεῦμα ὑπολαμβάνει τὰς νέας μέγα ἐκ πόντου, καὶ νέες δύο μακραὶ διαφθείρονται ἐν τῷ πλόῳ, καὶ κέρκυρος· οἱ δὲ ἄνθρωποι σώζονται ἀπνηξάμενοι, ὅτι οὐ πρόρῳ τῆς γῆς ὁ πλόος ἐγένετο. Ἀμφὶ δὲ 4 μέσας νύκτας ἀναχθέντες πλέουσιν ἔστε ἐπὶ Κώκαλα· ἀ τοῦ αἰγιαλοῦ, ἔνθεν ὀρηγήθησαν, ἀπέιχε σαδίους δικηκοσίους· καὶ αἱ μὲν νῆες σα-

bana perveniunt, classemque ad littus desertum locant; ibi aestus maris violentus erat, quam ob rem in alto naves stationem tenuerunt. In hac navigatione quum ingens ventorum vis classis a mari incumberet, duae naves longae et cercurus perierunt: viri natatu evaserunt; quia navigatio non procul a terra fiebat. Sub mediam vero noctem provecti navigant usque ad Cocala, quae a littore, unde digressi erant, ducentis stadiis aberant; ac naves quidem in falo ancoris

rarius in alio codice videret corruptam lectionem *τριηκοσίους*, in alio *τετρακοσίους*, indeque scribendum censuerit, ut habet Optimus. Capite 25, 3. enim omnia stadia praeter littora Oritarum numerantur ad MDC. Si retines igitur nostro loco vulgatam, defunt C stadia; recepta vero lectione Optimi superfunt XXX. At Optimum tamen sequi malui, et Arrianum l. l. numerum rotundum scripsisse puto, XXX illa stadia non curantem.

4. ἔστε ἐπὶ Κώκαλα· τῷ αἰγιαλῷ — ἀπέιχε etc. Haec laborant. Emendo ex conjectura mea ἀ τοῦ αἰγιαλοῦ etc. Relativum absorptum videtur a terminatione nominis praecedentis. Similiter construitur I, 4, 5. et alibi in Expeditione. In vulgata vero consentiunt editiones omnes. Deinde semel hoc loco moneo, saepe in hoc libello pro ὀρηγήθησαν in primis editis et MSis vilioribus legi ὀρμίσθησαν.

λεύουσαι ὤρμεον· τὰ πληρώ-  
 ματα δὲ ἐκβιβάσας Νέαρχος  
 πρὸς τῇ γῇ ἠύλισθη· ὅτι ἐπὶ  
 πολλὸν τεταλαιπωρηκότες ἐν  
 τῇ θαλάσῃ, ἀναπαύσασθαι  
 ἐπόθειον· στρατόπεδον δὲ πε-  
 ριεβάλλετο, τῶν βαρβάρων  
 τῆς Φυλακῆς ἕνεκα. Ἐν τού- 5  
 τῳ τῷ χώρῳ Λεοννάτος, ἔτω  
 τὰ Ὀρειτῶν ἐξ Ἀλεξάνδρου  
 ἐπετέτραπτο, μάχη μεγάλη  
 νικᾷ Ὀρειτάς τε καὶ ὅσοι  
 Ὀρειταῖς συνεπέλαβον τοῦ  
 ἔργου· καὶ κτείνει αὐτῶν ἐξα-  
 κισχιλίους, καὶ τοὺς ἠγεμό-  
 νας πάντας· τῶν δὲ σὺν Λεον-  
 νάτῳ ἵππεῖς μὲν ἀποθνήσκουσι  
 πεντεκαίδεκα· τῶν δὲ πεζῶν  
 ἄλλοι τε ἔ πολλοὶ καὶ Ἀπολ-  
 λοφάνης ὁ Γαδρωσίων στρα- 6  
 τῆς. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν τῇ  
 ἄλλῃ ξυγγραφῇ ἀναγέγρα-  
 πται· καὶ ὅπως Λεοννάτος  
 ἐπὶ τῷδε ἐσεφανώθη πρὸς  
 Ἀλεξάνδρου χρυσῶν σεφάνῳ  
 ἐν Μακεδόσιν. Ἐνταῦθα σὶ 7  
 τος ἦν νενεμημένος κατὰ πρὸς-  
 ταγμα Ἀλεξάνδρου, ἐς ἐπι-  
 σιτισμὸν τῷ στρατῷ· καὶ ἐμ-

nitebantur. Nearchus au-  
 tem sociis navalibus in ter-  
 ram expositis ibi castra po-  
 suit: siquidem multo navi-  
 gationis labore defatigati,  
 refici desiderabant. Castra  
 vallo adversus barbarorum  
 incursum munit. Hoc in  
 loco Leonnatus, cui Ori-  
 tarum res Alexander com-  
 miserat, magno praelio Ori-  
 tas vicit; et quotquot sese  
 Oritis conjunxerant: caesis  
 VI. M., ducibusque eorum  
 omnibus; a Leonnati par-  
 tibus, equitibus xv, pedi-  
 tibus non multis, et Apol-  
 lophane Gadrosiorum satra-  
 pa, desideratis. Sed haec  
 in altera historia a nobis  
 conscripta sunt; eaque de  
 causa Leonnatum aurea co-  
 rona ab Alexandro inter Ma-  
 cedones coronatum fuisse.  
 Eo etiam loci frumentum  
 ab Alexandro in comnea-  
 tum exercitus procuratum  
 erat. In dessem itaque dies  
 frumentum in naves inve-

5. συνεπέλαβον — ex MSto Bodl. pro συνεπέλαβοντο, cujus  
 syllaba ultima nata videtur ex repetito articulo τοῦ.

βάλλονται σιτία ἡμερέων δέκα  
 εἰς τὰς νέας· καὶ τῶν νεῶν  
 ὅσαι πεπονήμεσαι κατὰ τὸν  
 πλῆθον μέχρι τοῦδε, ἐπεσκεύα-  
 σαν· καὶ τῶν ναυτέων ὅσοι ἐν  
 τῷ ἔργῳ βλακεύειν ἐφαίνοντο  
 Νεάρχῳ, τούτους μὲν περὶ  
 ἄγειν Λεοννάτῳ ἔδωκεν· αὐ-  
 τὸς δὲ ἀπὸ τῶν σὺν Λεοννάτῳ  
 στρατιωτῶν συμπληροῖ τὸ ναυ-  
 τικόν.

hunt. Naves in naviga-  
 tione huc usque quassatas  
 reficiunt; ex nautis qui  
 segniores Nearchō in opere  
 esse videbantur, hos qui-  
 dem terrestri itinere ducen-  
 dos Leonnato dedit; ipse  
 vero milites in nautarum  
 supplementum ex Leonnati  
 copiis delegit.

ANIMADVERSIONES AD CAP. XXIII.

*Arg. Navigatio praeter littora Oritarum. Pagala. Ca-  
 bana. Cocala; ibi castra Nearchi. Leonnati prae-  
 lium cum Oritis deficientibus. Remissio segniorum  
 ex nautis.*

1. πρὸς ῥήχειη] Hoc ite-  
 rum de aestu maris intelli-  
 gendum. Unde propter dif-  
 ficultatem egrediendi non  
 nisi pauci ad aquam peten-  
 dam descendebant. Sic etiam  
 mox voces ῥήχειη τραχείη de  
 violento aestu intelligendae  
 sunt, cujus causa naves adeo  
 in alto stationem habere  
 oportuit.

2. Cabana, sicut Pagala  
 et Cokela, incerta sunt. Ca-  
 bana respondet forte nomi-  
 ni Kingalah vel Hinglah, et  
 Cokela forte nomini Kudje-  
 rah (Cotscherah), quae no-  
 mina a recentioribus ibi in-  
 veniuntur. Circa haec loca  
 vero quaerendus videtur lo-  
 cus Argenus, portu salubri,

cujus mentionem fecit Plin.  
 VI, 23. Hudson notavit Ca-  
 bana forsan esse Κανάνα Pto-  
 lemaei.

3. πνεῦμα ἐκ πόντου] Afri-  
 cus indicus. Erat tunc dies  
 10<sup>mus</sup> Nov. cum fluctua-  
 rent adhuc venti. Postea  
 similis calamitas non occur-  
 rit. Vinc. p. 186.

καὶ κέρκερος] Ex hoc loco  
 videmus, non triacontos  
 solum, sed onerarias etiam  
 naves Nearchum habuisse.  
 Omnium vero numerus, ut  
 supra jam monui, non con-  
 stat. Non omnes autem na-  
 ves per mare missas esse,  
 quibus in Indo usus fuerat  
 Alexander, docet Curt. IX,  
 10, 3. „Nearchō atque One-  
 scrito

scrito nauticae rei peritis imperavit, ut *validissimas navium* deducerent in Oceanum, et paulo post: „Jamque mitigata hieme, et *navibus quae inutiles videbantur crematis* terra ducebat exercitum.„ Naves inutiles ab Alexandro combustas esse dicit etiam Diod. XVII. pag. 571. cf. nota ad 18, 3.

4. *σαλεύσας*] Littus hoc tunc, fortasse propter aestum, ejus conditionis fuisse videtur, ut naves in terram protrahi nequirent. Classarii vero praecipue ea re affecti fuisse videntur, quod per duas noctes in navibus manserant. Nam parvae naves graecae commoditatem quieti non praebebant. Deinde vero per tres hos dies navigationis ab Arabi comeatum accepisse classem non audimus, solummodo aquam. Nullus locorum, ubi in ancoris steterunt, habitatus fuisse videtur; frumenti copia, quam ante navigationem ex Indo receperant, consumpta videtur per navigationem quadraginta dierum; nihil in littore invenerunt praeter testacea. Vinc. p. 186. Accessit continuus contra ventos labor; accessit naufragium trium navium, quibus omnibus animus classiariorum fractus esse potuit.

5. *Λεοννάτος*] Exped. VI, 22, 4. „Alexander Oritis subjectis satrapam praefecit Apollophanem, et cum hoc in Oris reliquit Leonnatum cum Agrianibus omnibus, aliquibus sagittariis, equitibus, aliisque peditibus atque equitibus mercenariis graecis, ut maneret, donec classis littus praeternavigaret.„ Ibidem VII, 5, 8. „Leonnatum coronavit Alexander praeter alia et ob victoriam in Oris partam, quod cum relicta sibi manu in aciem progressus Oritarum iisque finitimorum populorum motus defectio nemque compescuisset et praelio superasset, ac reliqua quoque in Oris bene gessisse videretur.„ Hoc ultimum ad classem Nearchi respicere videtur. Curt. IX, 10, 19. Alexandrum tradit „Leonnati litteras accepisse, conflixisse ipsum cum octo millibus peditum et quingentis equitibus Horitarum, prospero eventu.„ Quod si verum, quarta circiter pars eorum mortem effugit. Diodorus autem XVII, 105. de praelio cum Oritis ita loquitur, quasi inferior discessisset Leonnatus. Plinius VI, 23. a Leonnato in sinibus gentis jussu Alexandri urbem Alexandriam conditam tradit.

*πεντεκαίδεκα*] Hos quindecim Vincent solummodo

-Macedonum fuisse putat. Nam numeratos non fuisse caesos Asianos, qui forte sub Leonnato pugnarent. At necesse hoc non est. Etiam recentiorum temporum historia docet, si confligeretur inter bene armatos et rei militaris peritos cum barbaris et gentibus rudibus, multo plures horum quam illorum caesos esse. Eadem etiam proportio invenitur in praeliis Alexandri cum Persis ante quam in Alexandri exercitu Asiani militarent. Optimè regi resistere Indi. Sic ex. c. cum Sangala oppugnarentur, caesi sunt Macedonum ferme centum, vulnerati vero supra mille et ducenti. Exped. V, 24, 8.

Ἀπολλοφάνης] Non tunc amplius erat Satrapa, cum occumberet, sed quondam fuerat. *Constituerat* namque eum Alexander *Satrapam* VI, 22, 4. sed eundem deinde, *quod nihil eorum quae imperata ei fuerant, perfecisset, satrapatu deposuit*, VI, 27, 1. *Raph.* Arrianus hic Nearchum, supra Ptolemaeum et Aristobulum sequi videtur. Et potest utrumque verum esse, si prae-

lium cum Oritis commissum est, antequam Apollophonius nuncius allatus esset, se Satrapatu privatum esse. Vel, ut opinatur Gronovius, cepit hanc occasionem, ut virtutem suam probaret.

6. ἐν τῇ ἄλλῃ συγγραφῇ] obiter VII, 5, 8.

8. ἐπεσκευάσθη] Hoc tempestatem meliorem factam probat. Primo enim Nearchi adventu naves ad terram trahi non poterant, quod tamen factum videmus. — Morae in hoc loco tribuit Vincent p. 188. decem dies, quo tempore ventus reddebatur secundus.

στρατιωτῶν] Commeatus nunc receptus, conspectus Macedonum post sex hebdomades periculosas, spes venti in posterum secundi, cura Alexandri ad servandam classem conspecta, victoria Leonnati, quae barbaris nondum visis, sed videndis adhuc, Macedonum nomen formidabile reddere poterat, certa spes auxilii et in posterum ab Alexandro futuri, omnia haec classarios alacriores nunc fecisse videntur, quam fuerant ante. Vinc. p. 189.



XXIV. Ἐνθένδε ὄρηθεν· 1 καὶ διελ-  
 τες ἔπλεον ἀκραί· καὶ διελ-  
 θόντες σαδίους ἐς πεντακο-  
 σίους, ὠρμίζοντο πρὸς ποτα-  
 μῷ χειμάρρῳ· Τόμηρος ὄνο-  
 μα ἦν τῷ ποταμῷ, καὶ λίμνη 2  
 ἦν ἐπὶ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ πο-  
 ταμοῦ· τὰ δὲ βράχεια τὰ  
 πρὸς τῷ αἰγιαλῷ ἐπώκειον ἄν-  
 θρωποι ἐν καλύβαις πνιγη-  
 ραῖς· καὶ οὗτοι ὡς προσπλέον-  
 τας εἶδον, ἐθάμβησάν τε,  
 καὶ παρατείναντες σφᾶς παρὰ  
 τὸν αἰγιαλὸν, ἐτάχθησαν ὡς  
 ἀπομαχούμενοι πρὸς τοὺς ἐκ-  
 βαίνοντας· λόγχας δὲ ἐφό- 3  
 ρεον παχέας, μέγεθος, ὡς  
 ἐξαπήχας· ἀκωὴ δὲ οὐκ  
 ἐπὶν σιδηρῆ, ἀλλὰ τὸ ὄξύ  
 αὐτῆσι πεφυρακτωμένον τὸ  
 αὐτὸ ἐποίεε· πλῆθος δὲ ἦσαν  
 ὡς ἑξακόσιοι· καὶ τούτους 4  
 Νέαρχος ὡς ὑπομένοντάς τε  
 καὶ παρατεταγμένους κατεῖ-  
 δε, τὰς μὲν νέας ἀνακωχεύειν  
 κελεύει ἐντὸς βέλους, ὡς τὰ  
 τόξεύματα ἐς τὴν γῆν ἀπ' αὐ-  
 τῶν ἐξικνεῖσθαι· αἱ γὰρ τῶν  
 βαρβάρων λόγχαι παχέαι  
 cominus conferendam aptae

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXIV.

3. τὸ αὐτὸ — in MS. Bodl. ταυτὸ, et sic paulo infra. Hudf.

Φαινόμεναι, ἀγχέμαχοι μὲν, erant, eminus vero pa-  
 ἄφοβοι δὲ ἐς τὸ ἀκοντίζεσθαι rum metuendae videbantur.  
 ἦσαν. Αὐτὸς δὲ τῶν στρατιω- 5 Tum ex militibus qui ex-  
 τῶν ὅσοι αὐτοὶ τε κουφότατοι peditissimi levissimeque ar-  
 καὶ κουφότατα ὀπλισμένοι, mati essent, et nandi peri-  
 τοῦ τε νεῖν δαημονέσατοι, tiffimi, signo dato enatare  
 τούτους δὲ ἐκνήξασθαι κελεύει juret: mandatis additis, ut,  
 ἀπὸ ξυνθήματος· πρόσταγμα 6 prout quisque enatarit, in  
 δὲ σφίσιν ἦν, ὅπως τις ἐκνη- aqua subsistens socium ex-  
 ξάμενος σαίη ἐν τῷ ὕδατι, spectet: neque prius in  
 προσμένειν τὸν παρασάτην οἱ hostem tela janciant, quam  
 ἐσόμενον· μηδὲ βάλλειν πρό- triplici ordine acies instru-  
 σθεν πρὸς τοὺς βαρβάρους, cta fit; tum cursim, cla-  
 πρὶν ἐπὶ τριῶν ἐς βάρδος moreque sublato in eos fe-  
 ταχθῆναι τὴν Φάλαγγα· τότε rantur. Confestim itaque  
 δὲ δρόμῳ ἤδη ἰέναι ἐπαλαλά- qui ad hoc designati erant,  
 ξαντας· Ἄμα δὲ ἐρρίπτουν 7 sese e navibus in mare con-  
 ἐωυτοὺς οἱ ἐπὶ τῷδε τεταγμέ- jiciunt, celeriterque ena-  
 νοι ἐκ τῶν νεῶν ἐς τὸν πόν- tant. Deinde in ordinem  
 τον, καὶ ἐνήχοντο ὀξέως, καὶ redacti, instructa phalange,  
 ἴσαντο ἐν κόσμῳ, καὶ Φά- magnis clamoribus editis  
 λαγγα ἐκ σφῶν ποιησάμενοι, cursim barbaros petunt, et  
 δρόμῳ ἐπήεσαν αὐτοὶ τε ἀλα- qui in navibus erant etiam  
 λάζοντες τῷ Ἐνναλίῳ, καὶ οἱ

6. σαίη ἐν τῷ ὕδατι — Hae quatuor voces absunt ab Opti-  
 mo libro, et sane quo magis eas conspicio, eo plus  
 videntur fordere. In uno legi σαίην. Gron. Nihil vero  
 mutavi, ne constructio imperfecta fiat, et propter  
 sequentia καὶ ἴσαντο ἐν κόσμῳ. At pro μηδὲ βάλλειν, quod  
 de telis intelligunt, legendum forte est μηδ' ἐμβάλλειν  
 πρόσθεν πρὸς vel ἐς τὰς βαρβάρους. Ἐμβάλλειν saepe nu-  
 mero in Expedit. significat *invadere*. Facius quoque  
 vertit: *neque prius in barbaros impetum faciat*. Sed  
 editiones omnes consentiunt.

ἐπὶ τῶν νεῶν ξυνεπηχέοντες· τοξεύματά τε καὶ ἀπὸ μηχανῶν βέλεα ἐφέροντο ἐς τοὺς βαρβάρους· οἱ δὲ τὴν τε λαμπρότητα τῶν ὀπλῶν ἐκπλαγέτες, καὶ τῆς ἐφόδου τὴν ὀξύτητα, καὶ πρὸς τῶν τοξευμάτων τε καὶ τῶν ἄλλων βελλῶν βαλλόμενοι, οἷα δὴ ἡμίγυμοι ἄνθρωποι, οὐδὲ ὀλίγον ἐς ἀλλήν τραπέντες ἐγκλίνεσι· καὶ οἱ μὲν αὐτοῦ φεύγοντες ἀποθνήσκουσιν, οἱ δὲ καὶ ἀλίσκονται· ἔσι δὲ οἱ καὶ διέφυγον ἐς τὰ ὄρεα. Ἦσαν δὲ οἱ ἀλόντες τὰ τε ἄλλα σώματα δασεές, καὶ τὰς κεφαλὰς, καὶ τοὺς ὄνυχας θηριώδεις· τοῖς γὰρ δὴ ὄνυξιν ὅσα σιδῆρη διαχρᾶσθαι ἐλέγοντο, καὶ τοὺς ἰχθύας τούτοισι παρασχίζοντες κατεργάζεσθαι, καὶ τῶν ξύλων ὅσα μαλακιώτερα· τὰ δὲ ἄλλα τοῖς λίθοισι τοῖσιν ὀξέσιν ἔκοπτον· σίδηρος γὰρ αὐτοῖσιν ἐκ ἦν. Ἔσθῆτα δὲ ἐφόρεον δέρματα θήρεα· οἱ δὲ καὶ ἰχθύων τῶν μεγάλων τὰ παχέα.

acclamabant; telaque et e machinis jacula mittebantur. Barbari armorum splendore, et insultus celeritate attoniti, quum fagittis aliisque telis undique peterentur, utpote feminudi, confestim non expectato conflictu in fugam vertuntur. Alii in ea fuga caesi, alii capti: nonnulli in montes fugerunt. Erant vero captivi tum reliquo corpore, tum etiam capite hirti; unguibus autem quasi ferinis: liquidem unguibus loco ferri uti dicebantur, piscesque iis discindentes interficere; ligna etiam molliora iis secabant: ad duriora faxis acutis utebantur: ferrum enim apud eos non erat. Ferarum, et quidam etiam crassioribus grandium piscium pelibus sese vestiebant.

8. Pro τὴν τε λαμπρότητα — habet Optimus τό τε λαμπρότατον, quod etiam mihi non placet.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. XXIV.

*Arg. Tomerus fluvius; descriptio accolarum ejus, et pugnae cum iis.*

1. Τόμηρος] Tomerus, a Plinio VI, 23. Tuberus, a Mela III, 8. Tubero vocatus, sine dubio idem est, qui alias vocatur Hor, in cujus ripa in mediterraneis urbs Haor vel Hor sita fuisse narratur, quae forte est Rhambacia, quem locum munire jusserat Alexander. Mannert Tom. V. Part. II. p. 21. D'Anville Eclaircissement pag. 42. Antiquit. pag. 44. Tomerus etiam is fluvius esse videtur, quem in mediterraneis invenerat Alexander, ubi post persecutionem Oritarum castra habuit, Exped. VI, 21, 11. Videtur a montibus illis fluere, qui totam hanc regionem a septentrione cingunt. Hi montes, ut Arrianus ait VI, 25, 9. flante Africo imbres habent, non vero plana. Nubes a ventis montibus impinguntur ac refunduntur, montium cacumina non excedentes. Rem similiter se habere in India ipsa et Aegypto, supra jam dixi. De humilitate littoris et montibus in mediterraneis testantur etiam recentiores navigatores. Vincet pag. 191.

2. ἀπομαχόμενοι] fortasse quia classem piratarum esse putabant, non ignorantes

Sanganianorum expeditiones, ut putat Vinc. p. 191.

3. σιδήρην] Ferrum Ichthyophagos non habuisse, testatur Strabo XV. pag. 496, sed lapidibus sagittas et missilia exacuebant. — De vicinis idem credendum est.

7. τῷ Ἐνυλίῳ] vide notam ad Exped. I, 14, 10.

9. σώματα δασέες] Vulgo vertunt: Erant vero captivi crassis corporibus, capite et unguibus ferinis. At graeca vox δασὺς heic non valet idem, quod crassus aut densus, quomodo alibi dicit ἐπὶ τῆ ἀγιάλῃ fuisse δένδρα πολλὰ καὶ δασέα, sed mutanda verbo hirtus, cui a Graecis opponitur λεῖος. Dioscorides lib. II. cap. CLIII. de arnoglossō: ῥίζαι δὲ ὑπεῖσι ἀπαλαί, δασεῖαι, λευκοί, πάχος δακτύλου. Clarius Aristoteles: ἐστὶ δὲ τῶν ἄλλων ζώων τῶν ἐχόντων τρίχας τὰ πρῶτῃ δασύτερα, τὰ δὲ ὑπτίαι λεῖα. Clarissime Curtius libro IX. cap. 10, 9. „Ipsa solitudo naturā quoque immitia efferavit ingenia: prominent ungues nunquam recisi; comae hirsutae et intonsae sunt.” Igitur captivi capite etiam hirsuti, quod de chelonophagis negat Plinius VI, 24. Praeter capita toto corpore hirti, coriisque piscium vestiti. Ex quibus Salmastius Arria-

Arriani lectionem emendat ἐκτὸς κεφαλῆς, et de facie intelligit. Sed suos haec habeant auctores; vulgatam enim scripturam cum libris omnibus retinemus, et cum Curtio de coma interpretamur. Diodorus in libro XVII: καὶ κατήντησεν εἰς ἔθνος ἄξενον καὶ παντελῶς θηζῖωδες· τὰς τε γὰρ ὄνουχας οἱ τῆδε κατοί-

κάντες ἐκ γενετῆς αὐξοῦσι μέχρι γήρως, καὶ τρίχωμα πεπιλωμένον ἔχουσι, τὸ δὲ χρωῖμα διὰ τὴν τῆ ἡλίε θερμότητα κατακεκαυμένον ἔχουσι, καὶ δορὰς περιβέβληντας. Blanc. et Freinsh. ad Curt. IX, 10, 8.

κατεργάζεσθαι] *interficere*. Ita Xenoph. Cyrop. IV. κατεργάσατο τὸν λέοντα, *interfecit leonem*. Raph.

XXV. Ἐνταῦθα νεωλιχῆσι 1  
τὰς νέας, καὶ ὅσαι πεπονη-  
κυῖαι αὐτῶν ἐπισκευάζουσι.  
Τῆ δὲ ἔντη ἡμέρῃ ἐξέλιοντο·  
καὶ πλώσαντες σαδίεσ ἐς τριη-  
κοσίους, ἀφικνέονται ἐς χῶ-  
ρον, ὃς δὲ ἔσχατος ἦν τῆς  
᾽Ωρειτῶν γῆς· Μάλανα τῷ  
χώρῳ ὄνομα. ᾽Ωρεῖται δὲ 2  
ὅσοι ἂνω ἀπὸ θαλάσσης οἰκέ-  
σιν, ἐσαλμένοι μὲν κατὰπερ  
Ἴνδοι εἰσὶ, καὶ τὰ ἐς πόλε-  
μον ὡσαύτως παραρτέονται·  
γλῶσσα δὲ ἄλλη αὐτοῖσι καὶ  
ἄλλα νόμοιαι. Μῆκος τοῦ 3  
παράπλου, παρά μὲν χώρην  
τὴν Ἀραβίων, ἐς χιλίους μά-  
λισα σαδίους, ἔνθενπερ ὠρ-  
μήθησαν· παρὰ δὲ τὴν ᾽Ωρει-

XXV. Nearchus hīc na-  
ves in littus subduci, qua-  
fatasque refici jubet. Sexto  
die navigationem repetunt:  
trecentisque stadiis emensis  
in locum quendam perve-  
niunt, qui Oritarum regio-  
nis est ultimus: Malana eum  
locum vocant. Atqui Ori-  
tae qui mediterranea loca  
incolunt, eodem habitu  
quo Indi utuntur, eodem-  
que modo armantur: lingua  
tamen atque institutis diffe-  
runt. Longitudo hujus na-  
vigationis, praeter Arabium  
oram, est stadiorum mille  
ab eo loco unde solverant:  
fucus Oritarum regionem

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXV.

1. Μάλανα — MS. Bodl. Μάλανα.

τῶν γῆν, ἑξακόσιοι καὶ χίλιοι. MDC. Praeternavigantibus  
 Παραπλεόντων δὲ τὴν Ἰνδῶν 4 iis Indorum regionem (ab  
 γῆν (τὸ ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτι hoc enim loco non amplius  
 Ἰνδοί εἰσι) λέγει Νέαρχος ὅτι Indi sunt) Nearcho autore  
 αἱ σκιαὶ αὐτοῖσιν οὐ ταυτὸ umbrae non eodem modo  
 ἐποίεον· ἀλλὰ ὅπου μὲν ἐπὶ 5 fiebant: sed ubi longe in  
 πολὺ τοῦ πόντου ὡς πρὸς με- mare meridiem versus pro-  
 σημβρίην προχωρήσειαν, αἶδε cedebant, ibi ipsae etiam  
 καὶ αὐταὶ αἱ σκιαὶ πρὸς με- umbrae in meridiem verge-  
 σημβρίην τετραμμέναι ἐφαί- bant: quum vero sol me-  
 νοντο· ὁπότε δὲ τὸ μέσον τῆς dium diei spatium occupat,  
 ἡμέρης ἐπέχει ὁ ἥλιος, ἥδη nullae iis in locis umbrae  
 δὲ καὶ ἔρημα σκιῆς πάντα conspicuntur. Astra quo-  
 ὠφθη αὐτοῖσι· τῶν τε ἀστέ- 6 que, quae antea sublimia  
 ρων ὅσους πρόσθεν μετεώρους cernebantur, aut jam plane  
 κατεώρων, οἱ μὲν ἀφανέες non apparebant, aut depref-  
 πάντη ἦσαν· οἱ δὲ πρὸς αὐτῇ fa ad terram conspiciebantur;  
 τῇ γῆ ἐφαίνοντο· καταδύνον- occidebant et statim  
 τές τε καὶ αὐτίκα ἀνατελ- oriebantur, quae antea sem-  
 λοντες, οἱ πάλαι ἀειφανέες per conspicua fuerant. Et  
 ἔόντες. Καὶ ταῦτα οὐκ ἀπει- 7 quidem haec non diffenta-  
 νότα δοκέει μοι ἀναγράψαι neavero mihi videntur, quae  
 Νέαρχος· ἐπεὶ καὶ ἐν Συήνῃ Nearchus scripsit. Siquidem  
 τῇ Αἰγυπτίῃ, ἐπεὰν τροπᾶς in Syene Aegyptia tempore  
 ἀγῆθέρους ὥρης ὁ ἥλιος, φρέαρ folstitii aestivi puteus qui-  
 ἀποδεδειγμένον ἐστὶ, καὶ τοῦτο dam ostenditur, qui meri-  
 ἀσικιον ἐν μεσημβρίῃ φαίνε- die nullam umbram facit.

5. αἶδε καὶ αὐταὶ — ex Optimo pro ὧδε καὶ αὐταὶ.

6. ἀειφανέες ἔόντες — secundam ex Optimo nunc adjeci.

7. θέρους ὥρης pro θέρους ὥρη ex omnibus MSS. Flor. et primis editis.

ται· ἐν Μερῳῖ δὲ πάντα ἄσκια In Meroë quoque eodem  
 τῇ αὐτῇ ὥρῃ· εἰκὸς ὧν καὶ 8 anni tempore nullae umbrae  
 ἐν Ἰνδοῖσιν, ἅτε πρὸς μεσημ- fiunt. Consentaneum igitur  
 βρῆν ὠκισμένοις, τὰ αὐτὰ est, etiam Indis quia me-  
 δὴ πάθεα ἐπέχειν, καὶ μά- ridianam partem habitant  
 λιστα δὴ κατὰ τὸν πόντον τὸν idem accidere: praecipue  
 Ἰνδικόν, ὅσω μᾶλλον αὐτοῖσιν vero in mari indico, quo  
 ἢ θάλασσα πρὸς μεσημβρῆν magis id mare ad meridiem  
 κέκλιται. Ταῦτα μὲν δὴ ὧδε vergit. Atque haec quidem  
 ἐχέτω. hactenus.

ANIMADVERSIONES AD CAP. XXV.

*Arg. Malana; Oritarum descriptio; Longitudo naviga-  
 tionis praeter regionem Arabitarum et Oritarum; me-  
 morabilia de umbra et astris in iis regionibus.*

1. Μάλανα] nunc pro- lana, quod annexum est  
 montorium Malan aut Mo- cum jugis interioribus.  
 ran; a quo, occidentem  
 2. De lingua Oritarum  
 versus circiter XXX mill. idem testatur Plinius VI, 23.  
 angl. est promontorium Ar- de sepultura eorum vide  
 rubah. Vinc. p. 194. Fines Diodorum XVII. p. 571. In  
 vero Oritarum sunt ab ori- reliquis idem eos reliquis In-  
 ente Arabis fluvius; a se- dis similes esse dicit.  
 ptentrione montes, et ab oc- 3. ἐς χιλίαις μάλισα σαδίαις]  
 cidente promontorium Ma- Erant enim

a Naufrathmo ad Stura	—	—	—	100 stad.
a Sturis ad Caumara	—	—	—	30 "
a Caumaris ad Coreatin	—	—	—	20 "
a Coreati ad Crocela	—	—	—	150 "
a Crocelis ad portum Alexandri	—	—	—	hīc deest
numerus.				
a port. Alex. ad Domas	—	—	—	60 "
a Domis Saranga usque	—	—	—	300 "
a Sarangis ad Morontobarbara	—	—	—	300 "
navigatio per fossam	—	—	—	70 "
a fossa ad ostium Arabis	—	—	—	120 "

Summa 1150 stad.

Ab

Ab hoc numero detrahenda sunt 150 stadia a nauſtathmo in Indo usque ad Coreatin, qui locus erat proxime ostium Indi. Manent igitur 1000 stadia. Eundem stadiorum numerum ex Nearcho descripsit Strabo XV. p. 495.

ἐξ ἀπόστοι καὶ χίλιοι] Distantia inter ostium Arabis et

ab Arabi ad Pagala	—	—	—	200 stad.
a Pagalis ad Cabana	—	—	—	430 "
a Cabanis ad Cocala	—	—	—	200 "
a Cocalis ad Tomerum	—	—	—	500 "
a Tomero ad Malana	—	—	—	300 "

1630 stad.

Pro his scripsit Arrianus numerum rotundum, fractionem non curans. cf. not. crit. ad 23, 2. Strabo l. XV. pag. 495. praeternavigationem praeter littora Oritarum 1800 stadiorum fuisse tradit. Quia vero Strabo sine dubio etiam Nearchum sequitur, haec differentia forte librario tribuenda est. Arriani numerus facit prope 102, Strabonis 113 mill. angl. et *Robinson* tribuit huic littori paululum supra 100 mill. angl. Differentia igitur non est magni momenti. Vinc. p. 197.

5. Diod. II, 35. Nearchum forte sequutus, haec dicit: „in multis remotioris Indiae regionibus nullam a gnomonibus umbram spargi, noctuque arctos videri

promontorium Malan, ex mentione recentiorum accurata, est circiter 100 mill. angl. Hoc si comparas cum 1600 stadiis Arriani, utrumque numerum optime congruere vides. Nam 16 stadia ejus longitudinis, quam d'Anville stadiis Arriani tribuit, aequales sunt uni miliari anglico. Vinc. p. 193. Numerantur vero

non posse; neque apud extremos Indos ipsum arcturum conspici, eaque ratione umbras etiam ad austrum cadere dici., cf. etiam Luc. III, 250. Vera haec sunt; vera etiam sunt, quae dicit Arrianus, nisi ea de littore Arabitarum et Oritarum intellexisset. Male vero intellexit interdum Arrianus auctores suos, ut jam ad Exped. notavi, ex. c. I, 14, 5. Sic etiam hoc loco quae Nearchus de India in genere dixerat, ab Arriano de Arabitis et Oritis intelligebantur, et inde omnia falsa sunt. Si ejicis parenthesis *τὸ ἐν τρεῦθεν* etc. quam Arrianus addidit verbis Nearchi, et si constructionem ita mutas, ut forte fuerit Nearchi, reliqua sic interpretanda



tanda sunt, ut dixerit Nearchus: *Iis sc. Indorum, qui praeter littora Indiae* (intelligas Chersonesum cis Gangem, non littora, praeter quae navigavit Nearchus. Nam verba τὴν Ἰνδοῶν γῆν male intellexit Arrianus, atque ut lector eadem cum Arriano intelligeret, addidit verba: τὸ ἐν τρεῦθεν γὰρ ἐκέρτε Ἰνδοί εἰσι, quibus Ichthyophagos dicit et reliquos.) *navigarent, umbras non eodem modo fieri; sed quo magis meridiem versus in mari progredierentur, (sc. aestate, quum sol cis lineam aequinoctialem versatur. Hieme enim, si ibi navigatur, praeter omnia Indiae littora umbra septentrionem versus conspicitur.) eo magis etiam umbras meridiem versus conspici, sc. si proximus est sol tropico cancri. Meridie vero interdum nullam umbram conspici posse.* Haec forte ab Indis relata referebat Nearchus. Stupidissimus vero fuisset, si haec omnia de sua navigatione dixisset, quum eum plura millia commilitonum suorum fallitatis arguere potuissent. Primum enim navigabat hieme, ubi in omni India umbra septentrionem versus est, deinde vero si etiam aestate navigasset, ne venit quidem intra tropicum cancri, ita ut nunquam umbram meridiem versus conspiciere po-

tuerit, numquam umbram deficientem. Neque de aetris, arctis et arcturo verum hoc est in his regionibus, quas vidit Nearchus, sed multo longius meridiem versus, prope et trans aequatorem. — Haec vero de umbra adnotasse videtur Nearchus, quum de Malanis scripisset. Hinc error Arriani. Melius jam Plinius II, 73. Nearchum intellexit: „*In Indiae gente Oretum* (Oritarum Arriani) *mons est Maleus nomine* (promontorium Malana Arriani) *juxta quem* (non dicit: ubi. Sed intelligit loca meridiem inde versus.) *umbrae aestate* (non igitur hieme, quum Nearchus ibi navigaret,) *in Austrum, hieme in septentrionem jaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet septentrio.* Subnectuntur quaedam fabulosa ex Onesicrito, et alia de simili aliorum locorum natura. Vincent pag. 199. sqq. Malana dicit sita esse 25° 16' ab aequatore septentr. versus; eum vero locum, qui maxime meridiem versus vergeret ex iis, quos Macedones viderint, esse orientale ostium Indi, quod a tropico cancri prope abest. Sed ne ibi quidem de umbra tale quid a Macedonibus observari potuisse, praecipue quum jam sol rediret a tropico, quum Macedones ibi essent, circiter ad

ad finem Julii; neque ullam navem tam longinque in mare delatam esse, ut hoc videri potuisset. Ceterum errorem non tribuit Arriano, quod mihi quidem absque dubio est, sed Nearchus ipsi, quem aliis similibus veterum erroribus excusare studet. Sed non errasset Nearchus, sicut alii, qui relata referebant, sed contra conscientiam suam alia, quam quae suis ipse oculis viderat, mentitus esset.

7. *Syene*, ultima urbs Aegypti, sub ipso ferme tropico cancri sita, et *Meroë* magna insula Nili, trans tropicum, ubi veteres ob-

servationes astronomicas instituerunt. Vid. Plin. Hist. nat. II, 73. „Simili modo tradunt, in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque millibus stadiorum solstitii die medio nullam umbram jaci, puteumque ejus experimenti gratia factum totum illuminari. Ex quo apparere, tum solem illi loco supra verticem esse. — Rursus in *Meroë* insula, quae est caput Aethiopicum et quinque millibus stadiorum in amne Nilo habitatur, bis anno absumi umbras, sole duodevicesimam Tauri partem et quartam decimam Leonis obtinente.”

XXVI. Ἐπὶ δὲ Ὠρείτησι 1 XXVI. Post Oritas, ver-  
κατὰ μὲν μεσογαίην Γαδρώσιοι 1 fus mediterraneam regio-  
ἐπεῖχον· ὧν τὴν χώραν χα- nem, Gadrosii habitant: quo-  
λεπῶς διεξήλθεν ἅμα τῇ στρα- rum fines difficulter cum  
τιῇ Ἀλέξανδρος, καὶ κινὰ exercitu Alexander trans-  
τόσαῦτα ἔπαθεν, ὅσα οὐδὲ iit, pluraque incommoda et  
τὰ σύμπαντα τῆς συμπάσης damna accepit, quam in tota  
στρατηλασίης· ταῦτά μοι ἐν reliqua expeditione. Ea in  
τῇ μέσῃ συγγραφῇ ἀναγγέ- majori opere a me conscri-  
γραπταί. Κάτω δὲ Γαδρω- 2 pta sunt. Infra Gadrosios  
σίῳν παρὰ τὴν θάλασσαν ἀν- loca maritima accolunt ii  
τὴν οἱ Ἰχθυοφάγοι καλεόμε- quos Ichthyophagos vo-

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXVI.

1. καὶ ταῦτά μοι — Copulam in Optimo deficientem abjeci.

νοι οἰκοῦσι· παρὰ τούτων τὴν γῆν ἔπλεον· τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρῃ περὶ τὴν δευτέραν Φυλακὴν ἀναχθέντες, καταίρουσιν ἐς Βαγίσαρα· σαδίοι τοῦ παράπλου ἐξακόσιοι· λι- 3 μὴν τε ἐνὶ αὐτόθι εὖορμος, καὶ κώμη Πασισα, ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάσσης ἐξήκοντα σαδίους· καὶ οἱ πρόσκοικοι αὐτῆς Πασιρέες. Ἐς δὲ τὴν ὑσε- 4 ραίαν πρῶτον τῆς ὄρης ἀναχθέντες, περιπλεύουσιν ἄκρην ἐπὶ πολὺ τε ἀνέχουσαν ἐς τὸν πόντον, καὶ αὐτὴν ὑψηλὴν καὶ κρημνώδεα· Φρέατα δὲ 5 ὀρύξαντες, ὕδωρ οὐκ ὀλίγον καὶ πονηρὸν ἀρυσάμενοι, ταύτη μὲν τῇ ἡμέρῃ ἐπὶ ἀγκυρέων ὄρμων, ὅτι ῥηχεῖα κατὰ τὸν αἰγιαλὸν ἀνεῖχεν. Ἐς δὲ 6 τὴν ὑσεραίην καταίρουσιν ἐς Κόλτα, σαδίους ἐλθόντες διηκοσίους. Ἐνθεν δὲ ἔωθεν πλεύσαντες σαδίεσσι ἐξακοσίεσσι, ἐν Καλύβοισιν ὀρμίζονται· κώ-

cant; eorum oras praeter-  
navigarunt; quumque pri-  
mo die ad secundam vigi-  
liam solvissent, de inde sta-  
diis ad Bagifara delati sunt.  
Portus iis in locis erat ad  
receptum classis commodus,  
pagusque Pafira, LX stadiis  
a mari distans: accolae ejus  
Pafireenses. Postridie quum  
maturius solvissent, pro-  
montorium aliquod longe  
in mari prominens, altum-  
que ac praeruptum circum-  
navigant: defossisque pu-  
teis aquam quidem multam  
sed falsam nacti, illum qui-  
dem diem in ancoris substi-  
terunt, quod littus aestuo-  
sum erat. Postridie vero  
in Colta venerunt, CC sta-  
diis emensis. Inde rursum  
sub lucem mota classe, DC  
stadia progressi ad Calyba  
appellunt: pagus in littore  
erat, et circa eum paucae

2. Βαγίσαρα — Legitur etiam Βαγγίσαρα. Blanc.

5. Ὑδωρ ἐκ ὀλίγον καὶ πονηρὸν — Hic locus mihi nōn videtur sanus. Vel legendum censeo ὕδωρ ὀλίγον καὶ πονηρὸν, vel ὕδωρ ἐκ ὀλίγον, ἀλλὰ πονηρὸν.

6. Καλύβοισιν ex Opt. pro Κελάμοισιν. Alludunt Veneta, Basi-

μη πρὸς τῷ αἰγιαλῷ, Φοίνικες δὲ περὶ αὐτὴν ὀλίγοι πεφύεσαν, καὶ βάλανοι ἐπ' αὐτοῖσι χλωραὶ ἐπῆσαν· καὶ νῆσος ὡς ἑκατὸν σταδίους ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀπέχουσα, Καμὴν ὄνομα. Ἐνταῦθα ξένια 7 Νεάρχῳ προσφέρουσιν οἱ κωμῆται, πρόβατα καὶ ἰχθύας· καὶ τῶν προβάτων τὰ κρέα λέγει ὅτι ἦν ἰχθυώδεα, ὡς τὰ τῶν ὀρνίθων τῶν πελαγίων, ὅτι καὶ αὐτὰ ἰχθύων σιτέεται· πόα γὰρ οὐκ ἐνὶ ἐν τῇ χώρῃ. Ἀλλὰ τῇ ὑσεραίῃ 8 πλεύσαντες ἐς σταδίους διηκοσίους, ὀρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ καὶ κώμῃ ἀπὸ θαλάσσης ἐς σταδίους τριήκοντα ἀπεχούση· ἡ μὲν κώμη Κίσσα ἑκαλέετο· Καρβίς δὲ τῷ αἰγιαλῷ ὄνομα ἦν. Ἐνταῦθα πλοίοισιν 9 ἐπιτυγχάνουσι μικροῖσιν, οἷα αἰλιέων εἶναι πλοῖα οὐκ εὐδαιμόνων· αὐτοὺς δὲ οὐ καταλαμβάνουσιν· ἀλλ' ἔφυγον

palmae, in quibus fructus erant virides. Erat ibi etiam insula centum a litore stadiis distans, Canine dicta. Ibi Nearcho pagi illius incolae hospitalitia munera offerunt, oves et pisces. Ovium illarum carnes ait pisciferas fuisse, quemadmodum sunt avium marinarum, quod et ipsae oves piscibus alerentur. Gramen enim ea regio non habet. At postridie cc stadia emensi ad littus appulerunt, pagumque repererunt xxx stadiis a mari distantem; pago Cissa nomen erat: littori Carbis. Hoc loco parvulae quaedam cymbae repertae sunt, quales esse solent piscatorum minime opulentorum; piscatores ipsos non repererunt; fugerant enim simulac naves appellentes vi-

Basileensis et MS. Bodl., scribentes Καλίμοισιν. Mox ex Optimo recepi Καμὴν pro Καρβίνῃ.

7. ἰχθύων σιτέεται ex MSis et primis editis, pro vulgato ἰχθύας. Iidem vero libri habebant etiam ὡς τοῖς τῶν ὀρνίθων, quod minus rectum.

8. Κίσσα, pro vulgato Κίσα, ex Opt.

γὰρ καθοριζομένης κατιδόν-  
τες τὰς νέας. Σιτός τε αὐ-  
τόθι οὐκ ἔνῃν, καὶ ὑπολελοί-  
πει τὴν στρατιὴν ὁ πολλός· ἀλ-  
λὰ αἰῆας ἐμβαλλόμενοι ἐς τὰς  
νέας, οὕτω δὴ ἀπέπλεον. Καὶ  
περιπλώσαντες ἄκρην ὑψηλὴν,  
ὅσον πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν  
σταδίους ἀνέχουσιν ἐς τὸν πόν-  
τον, κατὰγονται ἐν λιμένι  
ἀκλύσῳ· καὶ ὕδωρ αὐτόθι ἔν,  
καὶ ἀλίεες ὄκειον· Μοσαρνα  
ὄνομα ἔν τῷ λιμένι.

derant. Frumentum ibi  
nullum erat, cujus tamen  
maxima pars ab exercitu  
consumta erat. Igitur ca-  
pris in naves abductis re-  
cesserunt. Inde promon-  
torium quoddam altum ad  
CL stadia in mare porre-  
ctum circumvecti, in por-  
tum minime procellosum  
venerunt. Ibi et aqua erat,  
et piscatores habitabant:  
Mosarna portui nomen erat.

9. κατιδόντες, ex Optimo, aliis duobus ac Bodl. et primis  
editis pro ἰδόντες.

ANIMADVERSIONES AD CAP. XXVI.

Arg. Gadrosii; Ichthyophagi; Bagifara; Pasira; Colta;  
Calyba; Canine; Ciffa; Carbis; Mosarna.

1. συγγράφῃ] Iter Ale-  
xandri per Gadrosiam de-  
scripsit Arrianus in Exped.  
VI, 22, 6 - 27, 2. quo in iti-  
nere, ob deserta, summa  
Alexandrum mala pertulisse  
omnes narrarunt. De cau-  
sis, cur Alexander hoc iter  
susceperet, loquutus sum ad  
c. 20, 2.

2. Ἰχθυοφάγοι] h. e. pisci-  
bus vescentes. Acceperunt  
hoc nomen a Nearcho vel  
Graecis praeternavigantibus.  
Nam totum fere littus et  
maxima pars regionis in-  
terioris arena obtinetur,  
Arrian. Hist. Ind.

unde incolis praeter pisces  
et conchas nihil ferme ali-  
menti relinquitur. Exten-  
duntur Ichthyophagi a Ma-  
lanis usque ad promonto-  
rium Jask.

Βαγίσαρα] Bagifara re-  
spondent sinui parvo ab ori-  
ente promontorii Arraba,  
qui nunc vocatur Jerkumut-  
ty. Obstat quidem numerus  
milliarium; sunt enim a Ma-  
lanis ad id promontorium  
quindecim modo milliaria  
anglica; Arrianus autem  
numerat triginta et septem,  
vel 600 stadia. Sed mentio

Κ pro-

promontorii, quod postero die circumnavigarunt, rem extra dubium ponit. Vox Gesira, arabica, quae continetur in Ba-gifara (vel Bagafira, ut scribit Vincent) significat insulam, vel peninsulam, et similiter promontorium. Occurrit iterum in hoc littore in nomine Dagafira. Occurrit etiam in periplo maris Erythraei, in voce Ba-rygasa, literis transpositis. Vinc. p. 212.

3. Πασιρά] Salmasium errare, si ei Pasira idem locus esse videtur, qui in Expeditione vocatur Bazira, quisque videt. Bazira sita erant, ubi hodie est Bisfore. Melior est conjectura Vincentii, cui Pasira corruptio nominis Bagafira videtur. Parsirae Ptolemaei nimis occidentem, Paritae Plinii (VI, 23.) nimis orientem versus ad Tuberum fluvium collocantur, quam ut pro iisdem cum Pasireensibus Arriani haberi possint, nisi forte erroribus vel nautarum vel scriptorum diversa sedis eorum collocatio tribuenda est.

4. ἄκρην] Hoc promontorium est sine dubio id, quod nunc vocatur Arrubah, Arraba, Arrubak; ab oriente si conspicitur, insulae simile est. cf. Vinc.

6. Κόλτα] incerto sunt situ.

ἐν Καλύβοισιν] Calama vel Calima vel Calyba, nunc

fluvius Churmut, qui a navigatore portugallico vocatur Rio de Calametta, quod nomen medium est inter Churmut et Calama. Inter Malana et Calama numerat Nearchus 1400 stadia, sive 87 milliaria anglica. Robinson autem 65 mill. Superfunt igitur in Nearchi relatione 22 milliaria. Quod veltribuendum est circumnavigationi circa promontorium Arraba, vel quod mavult Vincent, errori Nearchi. Tam accurate veterum nautae metiri non poterant, quam nostri. Vinc. pag. 214.

κώμη] sc. ἦν. Quae sequuntur: καὶ βάλανοι ἐπ' αὐτοῖσι χλωραὶ significare mihi videntur, palmam eam fuisse alius generis, quam ea, quam noverant Graeci.

Κανίη] nunc Ashtola. Sed numerus 100 stadiorum (tantum enim a littore distare dicitur) nimis magnus est. Nearchus in eam non venit. Est circiter tria milliaria anglica longitudine, cum duobus aut tribus sinibus septentrionem versus et ingente numero turturum. Meridiem versus est rupes. Forte eadem est, quae Ptolemaeo vocatur Asthaea. Quam ille quidem e regione fluvii Arabis ponit, sed ibi nulla est insula. Vinc. pag. 214. sqq.

8: Carbis et Kiffa incerto sunt situ.

9. ὁ πολλός] quam acceperant a Leonnato.

10. ἀκλύση] Terra circumdatus, hic cinctus et tectus erat portus, ut esset

quietus. Sed portus ibi nunc non amplius est. Promontorium vero, quod circumnavigarunt, nunc vocatur Passence, aut Posmee. Vinc. pag. 217. Nomen Mofarna habet etiam Ptolemaeus, Μίσαρνα scribens.

XXVII. Ἐνθεν καὶ ἤγε-  
μῶν τοῦ πλοῦ λέγει Νέαρχος ὅτι συνέπλωσεν αὐτοῖσιν, Ἰδράκης ὄνομα, Γαδρώσιος ὑπέση δὲ Ἰδράκης κατασήσειν αὐτοὺς μέχρι Καρμανίης. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε οὐκέτι χαλεπὰ ἦν, ἀλλὰ μᾶλλον τι ὀνομαζόμενα, ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικόν. Ἐκ δὲ Μεσσαρινῶν νυκτὸς ἐπάρσαντες, πλώουσι σαδίους ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα, ἐς Βάλωμον αἰγυαλόν· ἐνθεν δὲ ἐς Βάρνα κώμην, σαδίους τετρακοσίους,

XXVII. Hinc scribit Nearchus ducem navigationis, Hydracem nomine, Gadrosium, una cum ipsis navigasse: pollicitumque esse illos usque ad Carmaniam delaturum. Omnis abhinc ad sinum Persicum tractus non ita difficilis navigatu est: sed multo priorre celebrior. Mota ex Mofarnis per noctem classe, DCCL stadia emensi ad Balamum littus delati sunt: atque inde in Barna vicum,

## NOTAE CRITICAE AD CAP. XXVII.

1. Ἐνθεν δὲ καὶ — vocem mediam in Optimo deficientem et prorsus otiosam abjeci. Mox scribitur Γαδρώσιος in omnibus libris. Sed cur non Γαδρώσιος, ut reliquis omnibus locis, etiam in Indicis, ex. c. cap. 26, 1. 2. et 32, 1.? Apud Plutarchum scribitur Γεδρωσία, apud Diodorum Κεδρωσία. Nullus vero habet ου pro ω praeter Plinium duobus locis libro VI, 23. Sed plurimis locis et hic scribit Gedrosia. Unde veram scripturam restituere non dubitavi.

Ἰνα φοίνικές τε πολλοὶ ἐνῆσαν, καὶ κήπος· καὶ ἐν τῷ κήπῳ μύρρινοι ἐπεφύκεισαν, καὶ ἄλλα ἄνθεα, ἀφ' ὧτων σεφάνωμάτα τῆσι κόμησιν ἐπλέκοντο· ἐνταῦθα πρῶτον δένδρεά τε εἶδον ἡμερα, καὶ ἀνθρώπους οὐ πάμπαν θηριώδεας ἐπιφύκοντας. Ἐνθένδε ἐς διακοσίους σταδίους περιπλώσαντες, καταίρουσιν ἐς Δενδρόβουσα, καὶ αἱ νέες ἐπ' ἀγκυρέων ἐσάλευσαν. Ἐνθένδε ἀμφὶ μέσας νύκτας ἄραντες ἐς Κώφαντα λιμένα ἀφίκοντο,

stadiis abinde cccc, in quo frequentes palmae erant, et hortus. In horto myrti nascebantur, variique flores, e quibus corollas texebant, capiti imponendas. Hoc primum in loco arbores cultas, hominesque non omnino feros repererunt. Inde cc stadia provecti ad Dendrobosa appulerunt; naves ibi in falo substiterunt. Hinc sub mediam noctem solventes in Cophanta portum pervenerunt, cccc cir-

2. τῆσι κόμησιν — Sic habet Optimus, pro vulgato τῆσι κωμήτησιν, quod de feminis in eo pago interpretandum, nec tam absolum esset, quam Gronovio videtur. Ego vero lectionem Optimi paulisper mutavi, et scripsi κόμησιν, a κόμη, qua voce in plurali aequae ac singulari usus esse Graecos docet Stephani Thesaurus. Intellige locum de nautis et classariis Nearchi, et verte: *e quibus*, myrto nempe et floribus, *corollae nectebantur*, vel *corollas sibi nectebant*, *comae*, capiti, *imponendas*. Mos coronandi Graecis maxime solennis erat, et credo, quum post tot miserias primam regionem cultiorem et flores et myrtum conspicerent, prae gaudio eos coronas sibi fecisse. Simillimum exemplum vide in Exped. V, 2, 8. Narrat ibi Arrianus, τὰς Μακεδόνας ἀπὸ Νυφαιῶν ἠδέως τὸν κισσὸν ἰδόντας, οἷα δὴ διὰ μακροῦ ὄφθέντα, (οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ Ἰνδῶν χώρᾳ κισσόν, ἐδ' ἵνα περὶ αὐτοῖς ἀμπέλοι ἦσαν) σεφάνες σπαθὴ ἀπ' αὐτῶν ποιεῖσθαι, ὡς καὶ σεφανώσασθαι εἶχον etcet. — Superius pro ἐς Βάλωμον Blancardi codices habebant ἐς Βάλαμον et MS. Bodl. ἐς Βαλόμενον.

3. Δενδρόβουσα — MS. Bodl. Δενδρόβουσα.



τετρακοσίους μάλιζα σαδίουσ 5  
 διεκπλώσαντες· ἔνταῦθα ἀλι-  
 ἑες τε ὤκεον, καὶ πλοῖα αὐ-  
 τοῖσιν ἦν μικρὰ καὶ πονηρά·  
 καὶ ταῖς κώπαις οὐ κατὰ  
 σκαλμὸν ἤρεσσον (ὡς ὁ Ἑλ-  
 λήνων νόμος) ἀλλ', ὡσπερ ἐν  
 ποταμῷ, τὸ ὕδωρ ἐπιβάλλ-  
 λοντες ἔνθεν καὶ ἔνθεν, κα-  
 τάπερ οἱ σκάπτοντες τὴν γῆν·  
 ὕδωρ δὲ πολὺ τε ἦν ἐν τῷ λι-  
 μένι καὶ καθαρὸν. Περὶ δὲ 6  
 πρώτην φυλακὴν ἄραντες,  
 καταίρουσιν ἐς Κύζικα, ἐς  
 ἑξακοσίους σαδίουσ διεκπλώ-  
 σαντες· ἵνα αἰγιαλὸς τε ἔρη-  
 μος ἦν, καὶ βραχίη. Αὐτοὶ ὦν  
 ἐπ' ἀγκυρέων ὤρμεον, κατὰ  
 νέας τε δεῖπνον ἐποιέοντο.  
 Ἐνθένδε διεκπλώσαντες σα- 7  
 δίουσ πεντακοσίους, ἀπίκοντο  
 ἐς τινα πόλιν μικρὴν οἰκομέ-  
 νην ἐπὶ γηλόφου, οὐ πόρρω  
 τοῦ αἰγιαλοῦ. Καὶ Νέαρχος 8  
 ἐπιφρασθεὶς ὅτι σπεύρεσθαι

citer stadia emensi. Hic et  
 piscatores degebant, parvis-  
 que et vilibus navigiis ute-  
 bantur, et remis non per  
 scalmos dispositis (ut Grae-  
 corum mos est) remigabant:  
 sed hinc atque hinc, sicut in  
 flumine, aquam (penitus  
 exhaustam) undis injicien-  
 tes, sicut qui terram fo-  
 diunt. In hoc portu aquam  
 et multam et puram invene-  
 runt. Inde ad primam no-  
 ctis vigiliam solventes ad  
 Cyiza pervenerunt, dccc  
 stadia emensi: quumque lit-  
 tus desertum ac aestuosum  
 esset, jactis in falo ancoris  
 substiterunt, atque in navi-  
 bus corpora curarunt. Inde  
 provecti ad quingenta sta-  
 dia, in parvum quoddam op-  
 pidum venerunt, in colle  
 non procul a littore situm.  
 Nearchus verisimile ratus

5. ὡσπερ ἐν ποταμῷ — ex Opt. pro vulgato ὡσπερ ποταμῷ.

6. Vulgata est κατὰ ναῦν τε δεῖπνοποιέοντο. Optimus habet: κατὰ νέαν τε δεῖπνον ἐποιέοντο. Forma νέαν in accusativo Iolennis non est, at νέα et νέας, quod ionicum est. Quia vero hic liber ionice scriptus est, et pluralis requiritur, recepi νέας. Sic sect. 10: ταῖς μὲν ἄλλαις νέας et μετὰ μιῆς νεῆς etc.

τὴν χώραν εἰκὸς, λέγει πρὸς Ἀρχίην (ὃς ἦν Ἀναξιδότου μὲν παῖς, Πελλαῖος, συνέπλει δὲ Νεάρχῳ, τῶν ἐν αἰνῇ ὠν Μακεδόνων) πρὸς τῆτον λέγει, ὅτι καταληπτέον σφίσιν εἴη τὸ χωρίον· ἐκόν- 9 τας τε γὰρ οὐκ ἂν οἴεσθαι δοῦναι τῇ στρατιῇ σιτία· βίη τε οὐχ οἶόν τε εἶναι ἐξαιρέειν, πολιορκίης δὲ καὶ τριβῆς δεήσειν· σφᾶς δὲ ἐπιλελοιπέναι τὰ σιτία· ὅτι δὲ ἡ γῆ σιτοφόρος, τῇ καλάμῃ τεκμηριουῖσθαι, ἦντινα οὐ πόρρω τοῦ αἰγιαλοῦ ἀφεώρων βαθέην. Ταῦτα ἐπεὶ σφίσιν 10 ἐδόκεε, τὰς μὲν ἄλλας νέας κελεύει παραρτέεσθαι ὡς ἐς πλόον· καὶ ὁ Ἀρχίης αὐτῶ ἐξήρτυε τὰ ἐς τὸν πλόον· αὐτὸς δὲ ὑπολειφθεὶς μετὰ μιῆς νεῶς, ἐπὶ θέαν δῆθεν τῆς πόλιος ἦει.

eam regionem cultam esse, Archiae Anaxidoti filio, Pellaeo, qui inter Macedones celebris, cum Nearcho navigabat, ait, videri sibi oppidum occupandum esse. Oppidanos enim sua sponte frumenta exercitui daturus se non putare: vi autem capi non posse: diuturna enim obsidione opus fore. Se vero jam frumentis destitui. Frugiferam autem regionem esse inde colligi, quod denfos culmos non procul a littore vidissent. Quum itaque id consilium eis probaretur, reliquas quidem naves, veluti ad navigationem instrui jubet, et Archiae ejus rei negotio dato, ipse cum una nave ad speculandum oppidum processit.

9. Nullus dubito, Arrianum scripsisse: *πολιορκίης τε καὶ τριβῆς*.

10. *τῆς πόλιος εἴη* — Quale hoc verbum in significatione eundi? Num est pro *εἶ*, 3 sing. imperf. ab *εἶμι*, ut *η* abundet? an vero scribendum transpositis literis *ἦει*, quod verbum scriptori nostro quam maxime familiare? An denique Optativus est pro Indicativo, attice, ut referendum sit ad *ὑπολειφθεὶς εἴη*, *relictus erat?* Raph. Sine dubio scripsit Arrianus *ἦει*, quod restitui.

ANIMADVERSIONES AD CAP. XXVII.

*Arg. Hydraces, classis dux praeter littora Ichthyophagorum. Balomus; Barna; Dendrobasa; Cophanta; Kyiza; urbs sine nomine, quam Nearchus capiendam censet.*

1. *Hydraces* erat forte incola urbis Hydriaci prope finem Churbar aut Chewabad. Vincent pag. 219. ἀπὸ τῆδε — i. e. a Mofarnis.

2. *νυκτός*] propter ventum noctu a terra spirantem discedere poterant a litore; propter boream in alto spirantem et tempestatem serenam noctu praeter littora sed paulo longius, quam huc usque consueti erant, sine periculo navigare poterant, audaciores forte, quod ducem haberent, regionis peritum. Locus Balomus nunc incertus est. Vinc. pag. 221.

*Βάρα*] a Ptolemaeo et Marciano Barada aut Badara vocantur.

3. *Δενδρώβασα*] forte Denobilla Ptolemaei. Convenire videntur loco Duram vel Daram, quem recentiores invenerunt in medio inter promontoria Passence et Guadel. Vinc. p. 226.

4. *Kophanta* a Marciano Cophas vocantur. Ponuntur a Vincentio in sinu orientem versus a promontorio Alambateir, ob consensum Ptolemaei, Marciani et Arriani. Illud enim promon-

torium, cuius a Nearcho ne mentionem quidem factam esse miror, ad utrumque latus finum habet, et meliorem quidem occidentem versus.

5. *σκαλμός* interpretantur lignum teres, cui nautae loro quodam remos alligant, quo facilius remigent. Sensus esse videtur: non, sicut Graeci in mari, ita remigabant, ut remi ad scalmum alligati essent, et ut latior remi pars, dum contra aquam impellitur, sub aquarum superficie esset, sed minus perite remigabant, et ita, ut in fluviis, ubi parum interest, utro modo remiges, aquam, alibi exhaustam, in aliam partem rejicientes, instar sossarum, qui terram alibi exhaustam in alium locum eji-  
ciunt.

*ὕδωρ δὲ πολὺ*] Fortasse fuit ibi fluvius. Mannert Tom. V. Pars II. pag. 29. hunc fluvium eundem esse putat cum Cophete, quem nominat Plin. VI, 23. Sed mihi res incerta est.

6. *Κύζα*] *Κύζα* Ptolemaeo. Nunc Noa Point, ubi ab oriente venienti in-

troitus patet in sinum Guttar, vel paulo prius quam Noa Point. Vinc. p. 231.

7. πόλιν μικρὴν] Urbs ista sine nomine lita forte fuit in occidentali littore sinus Guttar. Vinc. p. 232. Mannerio Tom. V. Part. II. p. 30. hujus urbis, non deserti illius, nomen Kyiza fuisse vi-

detur, et hodiernum ejus nomen esse Tiz. Sed Tiz est Canasida Arriani; et in his rebus magis sequor Vincentium, qui meliores earum regionum descriptiones geographicas habuit.

8. Erat Archias etiam ex trierarchis; vide supra 18, 3.

XXVIII. Προσάγοντι δὲ 1  
αὐτῶι πρὸς τὰ τείχῃα Φιλίως,  
ξένια ἔφερον ἐκ τῆς πόλιος,  
θύνηες τε ἐν κριβάνοισιν ὀπτῆς  
(ἔτοι γὰρ ἔσχατοι τῶν Ἰχθυο-  
φάγων οἰκέοντες πρῶτοι αὐ-  
τοῖσιν ὠφθησαν οὐκ ὠμοφα-  
γέοντες) καὶ πέμματα ὀλίγα,  
καὶ βαλάνους τῶν φοινίκων.  
Ὁ δὲ ταῦτα μὲν ἀσμένως δέ- 2  
κεσθαι ἔφη, ἐθέλειν δὲ θεή-  
σασθαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ εἴων  
παρελθεῖν. Ὡς δὲ εἴσω πυ- 3

XXVIII. Quumque amice  
ad muros appelleret, oppi-  
dani hospitalitatis ergo do-  
na, thynnos nimirum in  
clibanis tostos (hi enim ex-  
tremi Ichthyophagorum pri-  
mi visi sunt, qui crudis  
piscibus non vescerentur)  
atque placentulas paucas et  
palmarum caricas adfere-  
bant. Quae quidem Near-  
chus se libenter accipere  
dixit; cupere vero urbem  
visere: quod quum nec illi  
recusarent, quum jam por-

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXVIII.

1. πρώτοισιν αὐτοῖσιν ὠφθησαν — Forfan scripsit Arrianus πρῶτοι, *primi ipsis visi sunt*; ut ita eleganter ultimi ἰχθυοφάγων, *primi autem οὐκ ὠμοφαγέοντες* dicantur. Raph. Non forfan, sed absque omni dubio sic scripsit Arrianus, ut ex optima Raphaelii conjectura emendavi. Ineptum enim esset, si Arrianus dixisset, primum Macedones vidisse, eos non crudis piscibus vesci. Sequitur etiam Schmid in versione sua hanc emendationem; editiones vero omnes in vulgato conspirant.

λῶν παρήλθε, δύο μὲν τῶν  
 τοξοτῶν κατέχειν κελεύει τὴν  
 πυλῖδα· αὐτὸς δὲ μετὰ δύο  
 ἄλλων, καὶ τοῦ ἐρμηνέως,  
 ἐπὶ τὸ τεῖχος τὸ ταύτη ἀνελ-  
 θὼν, ἐσήμηνε τοῖς ἀμφὶ τὸν  
 Ἀρχίνῳ ὅπως συνέκειτο· τὸν  
 μὲν ὧν σημήναι, τὸν δὲ συμ-  
 βαλόντα ποιέειν τὸ τεταγμέ-  
 νον. Ἰδόντες δὲ τὸ σημήνιον 4  
 οἱ Μακεδόνες, ἐπώκελλόν τε  
 κατὰ τάχος τὰς νέας, καὶ  
 ἐξεπήδων σπουδῇ ἐς τὴν θά-  
 λασσαν· οἱ δὲ βάρβαροι  
 ἐκπλαγέντες τοῖς γινομένοις,  
 ἐπὶ τὰ ὄπλα ἔθρον· ὁ δὲ ἐρ- 5  
 μηνεὺς ὁ σὺν Νεάρχῳ, ἐκή-  
 ρυσσε σῖτον δίδόναι τῇ στρατῇ,  
 εἰ σώαν ἐθέλωσιν ἔχειν τὴν  
 πόλιν· οἱ δὲ ἠρνοῦντο εἶναι  
 σφίσι, καὶ ἅμα προσέβαλον  
 τῷ τείχει· ἀλλὰ ἀνέσελον  
 αὐτοὺς οἱ τοξόται οἱ ἀμφὶ τὸν  
 Νεάρχον, ἐξ ὑπερδεξίου το-  
 ξεύοντες· ὡς δὲ ἔμαθον ἔχο- 6  
 μένην τε ἤδη καὶ ὅσον οὕτω  
 ἀνδραποδισομένην σφίσι τὴν  
 πόλιν, τότε δὲ δὴ ἐδέοντο

tas ingressus effec, duos fa-  
 gittarios ut occupatam te-  
 neant portulam, jubet. Ipse,  
 cum aliis duobus et inter-  
 prete in murum qui ab ea  
 parte erat conscendens, Ar-  
 chiaie signum dat, quemad-  
 modum inter eos convene-  
 rat: et simulac hic quidem  
 signum ederet, ille statim  
 intellecta re id quod statu-  
 tum erat faciebat. Macedo-  
 nes conspecto signo confe-  
 stim naves applicant, sum-  
 maque celeritate in mare  
 profiliunt. Barbari hisce re-  
 bus percussi ad arma confu-  
 giunt. Interpres vero, qui  
 Nearcho aderat, proclama-  
 bat: ut frumentum exerci-  
 tui darent, si salvam urbem  
 vellent. Negabant illi pri-  
 mo sibi frumentum esse,  
 simulque in murum impe-  
 tum faciebant. At a fagitta-  
 riis, qui Nearcho aderant,  
 telis ex edito loco in eos  
 missis, facile repulsi sunt.  
 Postquam vero captam jam  
 esse urbem senserunt, ac  
 direptioni proximam, tum  
 demum Nearcho supplices

6. ἀνδραποδισομένην, ex Optimo pro ἀνδραποδισθησομένην. Mox  
 ex eodem διαφθεῖρειν pro διαφθεῖραι. Deinde MS. Bodl.  
 pro τότε δὲ δὴ habet τότε δὲ ἤδη.

τοῦ Νεάρχου, τὸν μὲν σῖτον ὅσπερ ἦν αὐτοῖσιν λαβόντα ἀπάγειν, τὴν πόλιν δὲ μὴ διαφθεῖρειν. Νεάρχος δὲ τὸν μὲν Ἀρχίην κελεύει καταλαβεῖν τὰς πύλας, καὶ τὸ κατ' αὐτὰς τεῖχος· αὐτὸς δὲ συμπέμπει τοὺς κατοικομένους τὸν σῖτον, εἰ ἀδόλως δεικνύσιν. Οἱ δὲ, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἰχθύων τῶν ὀπτῶν ἀλληλοσμένον ἄλευρον πολὺ ἐδείκνυσαν, πυρρὸς δὲ καὶ κριθᾶς ὀλίγας· καὶ γὰρ καὶ ἐτύγχανον σίτω μὲν τῷ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, τοῖσι δὲ ἄρτοισιν ὅσα ὄψω διαχρεόμενοι. Ὡς δὲ τὰ ὕντα ἐπεδείκνυσον, οὕτω δὲ ἐκ τῶν παρόντων ἐπισιτισάμενοι ἀνήγοντο, καὶ ὀρμίζονται πρὸς ἄκρην, ἣντινα οἱ ἐπιχώριοι ἰσθὴν ἡλίου ἦγον· οὐνομα τῇ ἄκρῃ Βάγεια.

facti, ut frumento quod in uibe effret accēpto discedat, oppidoque parcat, orant. Nearchus Archiam portas et murum circa eas occupare jubet: ipse alios per urbem una cum incolis mittit qui explorent, an citra fraudem quicquid frumenti haberent ostenderent. Atque illi quidem multam farinam ex tostis piscibus molitam ostenderunt: frumenti vero atque hordei parum. Siquidem farina piscium pro frumento, panibus vero pro opsonio utebantur. Postquam vero omne frumentum ostenderunt, ex praesentia quantum poterant, frumento convecto, solvebant, et ad promontorium appellebant, quod indigenae Soli sacram opinabantur. Nomen ei erat Bagia.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. XXVIII.

*Arg. Capit eam urbem Nearchus et direpto frumento discedit. Promontorium Bagia.*

1. ἔσχατοι τῶν Ἰχθυοφάγων] Hoc si stricte vertis, verum non est. Ultimi enim sunt incolae circa Dagasira, inter quos et hanc urbem ad minimum 3250 stadia

erant. Conferatur caput sequens. Sed hoc loco veritas cessit elegantiae, de qua vide notam criticam.

πέμματα] Suidas in hoc loco Arriani πέμματα exponit

nit πλακούντια, id est placentulas, Stephano teste in Thef. Gr. Ling. *Kaph.*

3. τῶ ἐρμηένω ] fortasse Hydracis.

8. ἀλληλισμένον ] cf. nota ad 29, 12.

9. Βάγεια ] Sine dubio promontorium in latere oc-

cidentalī finus Guttar. Vinc. p. 233. Quamvis vero Arrianus sinum non commemoret, eum tamen propter promontorium commemoratum adfuisse necesse est. A Ptolemaeo scribitur Βαγία.

XXIX. Ἐνθένδε ἀμφὶ μέ- 1  
 σας νύκτας ἄραντες, διεκπλώ-  
 ρισι σαδίους ἐς χιλίους ἐς Τάλ-  
 μενα λιμένα εὐορμον· ἐνθένδε  
 ἐς Κανασιδα πόλιν ἐρήμην, σα-  
 δίους ἐς τετρακοσίους· ἵνα  
 τινὶ Φρέατι ὀρυκτῶ ἐπιτυγχά-  
 νουσι, καὶ Φοίνικες ἀγριοὶ ἐπε-  
 φύκεσαν· τούτων τοὺς ἐγκε-  
 φάλους κόπτοντες, ἐσιτέοντο·  
 σίτος γὰρ ἐπιλελοίπει τὴν στρα- 2  
 τήν· καὶ κακῶς ἤδη ὑπὸ λι-  
 μοῦ ἔχοντες, ἔπλεον τὴν τε  
 ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα, καὶ  
 ὀρυίζονται πρὸς αἰγιαλῶ ἐρή-  
 μω. Νέαρχος δὲ καταδείσας 3  
 μὴ ἄρα ἐς τὴν γῆν ἐκβάντες  
 ἀπολείπειεν τὰς νέας ὑπὸ ἀθυ-  
 μίης, ἐπὶ τῶδε μετεώρους  
 ἔσχε τὰς νέας ἐπ' ἀγκυρέων.

XXIX. Inde sub mediam  
 noctem solventes mille sta-  
 dia emensi in Talmena tu-  
 tum a ventis portum vene-  
 runt. Hinc in Canafida ur-  
 bem desertam cccc stadiis  
 inde distantem; ubi puteum  
 quendam effossum repere-  
 runt, cui palmae agrestes  
 adnatae erant; harum (te-  
 nera). capita praecisa ede-  
 runt. Jam enim frumentum  
 exercitui deerat. Urgente  
 itaque fame totum illum  
 diem et noctem navigarunt,  
 et ad littus desertum appel-  
 luntur. Nearchus veritus  
 ne si in terram descenderent,  
 prae desperatione naves de-  
 fererent, eam ob rem in salo

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXIX.

3. μὴ ἄρα — Veneta et Basil. legunt μὴ ἄρας.

Ἐνθένδε ἀναχθέντες, ἐς Κα- 4  
νάτην ὀρμίζονται, σαδίους ὡς  
ἐπτακοσίους καὶ πεντήκοντα  
διεκπλώσαντες. Ἐσι δὲ καὶ  
αἰγιαλὸς ἐν αὐτῷ, καὶ διώ-  
ρυχες βραχεῖαι. Ἐνθένδε δὲ 5  
σαδίους ὀκτακοσίους πλώσαν-  
τες, ἐν Τροΐσιν ὀρμίζονται·  
κῶμαι δὲ μικραὶ καὶ πονηραὶ  
ἐπῆσαν· καὶ οἱ μὲν ἀνθρώποι  
ἐκλείπουσι τὰ οἰκεία, αὐτοὶ  
δὲ σίτω τινὶ ὀλίγῳ ἐπιτυγχά-  
νουσι, καὶ βαλάνοις ἐκ Φοι-  
νίκων· καὶ καμήλους ἑπτὰ  
ἔσσαι ἐγκατελείφθησαν κατα-  
κόψαντες, ἀπὸ τούτων τὰ  
κρέα ἐσιτέοντο. Ὑπὸ δὲ τὴν 6  
ἔω ἀναχθέντες σαδίους τρια-  
κοσίους πλώουσι, καὶ καθορ-  
μίζονται ἐς Δαγάσειρα· ἔνθα  
νομάδες τινὲς ἀνθρώποι ὤκειον.  
Ἐνθεν δὲ ἄραντες, τὴν τε 7  
νύκτα καὶ τὴν ἡμέρην οὐδὲν  
τι ἐλινύοντες ἔπλεον· ἀλλὰ  
διελθόντες γὰρ σαδίους χι-  
λίους τε καὶ ἑκατὸν, ἐξέπλω-  
σαν τὸ ἔθνος τῶν Ἰχθυοφά-

4 ancoras jaci jubet. Inde sol-  
ventes in Canaten venerunt,  
stadia DCCL emensi. Est ibi  
et littus vadofum, et fos-  
sae exiguae. Inde digressi,  
5 DCCC stadiis confectis ad  
Troea appulerunt. Ad lit-  
tus pagi quidam erant exi-  
gui atque inopes. Incolae  
domos suas deseruerant.  
Pauculum ibi frumenti et  
caricarum ex palmis nacti  
sunt. Camelis septem qui  
relicti fuerant caesis, car-  
nes eorum vorarunt. Sub  
lucem repetita navigatione,  
6 stadia CCC emensi in Daga-  
fira pervenerunt; quem lo-  
cum quidam vagi homines  
incolebant. Inde solventes  
integram noctem et diem  
7 nulla interposita mora navi-  
garunt: stadiisque MC per-  
actis, fines Ichthyophago-  
rum enavigarunt, magna re-  
rum necessariorum penuria  
pressi. Neque vero ad ter-

5. Ἐνθένδε δὲ σαδίους ὀκτακοσίους πλώσαντες — ex Optimo et Bodl. pro ἐνθένδε σαδίους ὀκτ. διεκπλώσαντες. Mox pro ἐν Τροΐσιν in duobus Codicibus erat ἐν Τάοισιν, et Facius vertit in Tajos. Gronovius interim legendum cogitabat Ἰροΐσιν, tanquam Iri quidam illic coluerint.



γων, πολλὰ καὶ ταύτη πα- ram appulerunt; erant enim  
 θύοντες ἀπορίῃ τῶν ἀναγκαίων. longo spatio aestus, sed  
 Ὀρμίζονται δὲ οὐ πρὸς τῇ γῆ· 8 jactis in falo ancoris sub-  
 ῥηχίη γὰρ ἦν ἐπὶ πολλὸν ἀνέ- ftiterunt. Longitudo orae  
 χουσα, ἀλλὰ μετέωροι ἐπ' Ichthyophagorum hac navi-  
 ἀγκυρέων· μῆκος τοῦ παρά- gatione praetervecta, est  
 πλου τῶν Ἰχθυοφάγων τῆς paulo plus stadiorum χμ.  
 χώρας ὀλίγω πλεῦνες σάδιοι Ichthyophagi vero hi pisci-  
 μύριοι. Οὗτοι δὲ οἱ Ἰχθυο- 9 bus vescuntur, unde etiam  
 Φάγοι σιτέονται (κατότι περ nomen traxerunt. Pauci  
 καὶ κληίζονται) ἰχθύας· ὀλί- vero ex iis piscatui student;  
 γοι μὲν αὐτῶν ἀλιεύοντες τὰς pauci enim navigia ad eam  
 ἰχθύας· ὀλίγοισι γὰρ καὶ rem habent, aut artem  
 πλοῖα ἐπὶ τῷδε πεποιήται, piscandi norunt: sed ma-  
 καὶ τέχνη ἐξεύρηται ἐπὶ τῇ ximam partem recedente  
 θύρῃ τῶν ἰχθύων. τὸ πολὺ aestu marino captant. Non-  
 δὲ ἢ ἀνάπτωτις αὐτοῖσι παρέ- nulli etiam retia ad eam  
 χει· οἱ δὲ καὶ δίκτυα ἐπὶ τῷδε 10 rem confecerunt, plurima  
 πεποιήται, μέγεθος καὶ ἐς tantae magnitudinis ut ad  
 δύο σάδιους τὰ πολλὰ αὐτῶν· duo stadia pertineant. Ea  
 πλέκουσι δ' αὐτὰ ἐν τῷ Φλοῖῳ ex palmarum libris texunt,  
 τῶν Φοινίκων, σρέφοντες τὸν torquentes librum instar li-  
 Φλοῖον ὡσπερ λίνον· ἐπεὰν 11 ni. Quum vero mare rece-  
 δὲ ἢ θάλασσα ὑπονοσῆση, καὶ dit, terramque deferit, ubi  
 γῆ ὑπολειφθῆ, ἵνα μὲν ξηρῇ illa ficca relinquitur, vacua

8. ὀλίγω πλεῦνες σάδιοι μύριοι — sic Vulcanius. Opt. et omnes reliqui codices cum Veneta et Basileenli habent ὀλίγω πλέονες σάδιος μύριοι; ut Gronovio videretur fuisse: ὀλίγω πλέον ἐς σάδιος μυριάς, vel ὀλίγω πλέονες σάδιοι δισμύριοι, nili quod hoc posterius videri queat nimium. Ego Vulgatam retinui.

9. πεποιήται· — MS. Bodl. πεποιήνται.

10. οἱ δὲ καὶ δίκτυα — ex Opt. Vulgo deest καί.

ἢ γῆ ὑπολείπεται, ἐρήμη τὸ πολὺ ἐστὶν ἰχθύων· ἐνθα δὲ βαθέα ἐστὶν, ὑπολείπεται τὸ τοῦ ὕδατος, καὶ ἐν τῷδε κάρτα πολλοὶ ἰχθύες· οἱ μὲν πολλοὶ σμικροὶ αὐτῶν, οἱ δὲ καὶ μέζονες· τούτοις περιβάλλοντες τὰ δίκτυα αἰρέεσι. Σιτέονται δὲ ὠμούς μὲν, ὅπως 12 ἀνειρῶσιν ἐκ τοῦ ὕδατος, τοὺς ἀπαλωτάτους· τοὺς δὲ μέζονάς τε καὶ σκληροτέρους, ὑπὸ ἡλίου αὐαίνοντες, εὖτ' ἂν ἀφαιανθῶσιν, καταλοῦντες ἄλευρα ἀπ' αὐτῶν ποιεῖνται καὶ ἄρτους· οἱ δὲ μάζας ἐκ τούτων τῶν ἀλεύρων πέσσει. Καὶ τὰ βοσκήματα αὐτοῖσι 13 τοὺς ἰχθύας ξηροὺς σιτέονται· ἡ γὰρ χώρα ἐρημος λειμώνων, οὐδὲ ποιὴν φέρει. Θηρεύουσι δὲ καὶ καράβους 14 πολλαχῆ, καὶ ὄστρεα, καὶ τὰ κογχύλια· ἅλας δὲ αὐτόματοι γίνονται ἐν τῇ χώρῃ· \* \* ἀπὸ τούτων ἔλαιον ποιεῖσιν.

plerumque piscibus est: sed ubi terra profundiori aliquo finu aquam retinet, ibi magnam piscium copiam reperiunt. Ex his plerique parvi, alii etiam majores sunt: hos circumjectis retibus capiunt. Et quidem teneriores, ut protrahunt eos ex aqua, crudos edunt: majores vero durioresque, ad solem torrentes, simulac penitus tosti fuerint molentes in farinam redigunt, panemque ex ea conficiunt. Sunt qui polentam ex hisce farinis coquant. Pecori etiam piscium farinam pabuli loco dant. Omnis enim illa regio pratis carens, nullam herbam gignit. Magnam etiam in his locis cancrorum, ostreorum et conchyliorum vim capiunt. Gignit quoque ea regio suapte natura falem, \* \* ex

12. τὰς ἀπαλωτάτας αὐτῶν — ultimam vocem propter Optimum abjeci. Mox pro καταλῶντες Optimus habebat κατατλῶντες, pro quo verbo ignoto conjecit Gronovius καταθλῶντες aut κατακλῶντες, quia Facius verterat: deinde tostos conterunt. Sed nihil mutavi.

14. ἀπὸ τῶν ἔλαιον ποιεῖσιν — Rooke pro ἅλας legi vult ἔλαιαις.

Οἱ μὲν δὲ αὐτῶν ἐρήμους τό- 15 quibus oleum conficiunt.  
 πους οἰκέουσιν, ἄδενδρόν τε Qui vero eorum loca de-  
 τήν χώρην καὶ ἄφορον καρ- ferta incolunt, et regio-  
 πῶν ἡμέρων, τούτοισιν ἀπό- nem nec arborum nec fru-  
 τῶν ἰχθύων ἢ πᾶσα δίαιτα ctuum feracem, hi ex pisci-  
 πεποιέται· ὀλίγοι δὲ αὐτῶν bus tantum vivunt; pauci  
 σπεύρουσιν ὅσον τῆς χώρας, ferunt aliquantulum agri, at-  
 καὶ τούτῳ κατὰπερ ὄψω que ii panem opsonii loco  
 χρῶνται πρὸς τοὺς ἰχθύας· cum piscibus edunt; pisces  
 ὁ γὰρ σίτος αὐτοῖσιν εἰσὶν enim ipsis loco frumenti  
 ἰχθύες. Οἰκία δὲ πεποίη- 16 sunt. Domos in hunc mo-  
 ται οἱ μὲν εὐδαιμονέσατοι αὐ- dum aedificant. Qui ditif-  
 τῶν, ὅσα κήπεα ἐκβάλλει ἢ fimi eorum sunt, balaena-  
 θαλάσσω, τούτων τὰ ὅσα ἐπι- rum quotquot mare ejicit

ἔλαιαι. Sed quid essent ἔλαιαι αὐτόματοι? Recte mo-  
 net Vincent (ex cap. 32, 5.) olivam ibi non fuisse, et  
 Nearchum sine dubio moniturum fuisse, si Olivae in-  
 ventae essent. Idem vero pag. 267. locum nostrum  
 sic explicat: *ex sale conficiebant extractum, quo ita*  
*utebantur, ut Graeci oleo.* Hoc fateor me non intel-  
 ligere. Editiones omnes non variant. Hoc vero ap-  
 parent ex sale oleum fieri non posse, et hic sal vero-  
 similiter fuit ὀρυκτός et in frustis repertus, sicut is,  
 qui circa templum Ammonis reperiebatur et descri-  
 ptus est in Exped. III, 4, 6. sqq., ubi auctor sic in-  
 cipit: γίνονται δὲ καὶ ἄλλες αὐτόματοι ἐν τῷ χωρίῳ τέττω  
 ὀρυκτοί· etc. Rudes vero gentes ad mare habitantes  
 loco olei uti solent adipe fluxo piscium. Unde con-  
 jicio ἀπὸ θύνων ἔλαιον ποιέουσιν, i. e. thynnorum adipe  
 utuntur loco olei. Thynnos vero ibi fuisse, jam au-  
 divimus c. 28, 1. Hoc vero si displicet, ponendum  
 est, locum esse lacunofum, atque ante ἀπὸ τέτων  
 quaedam excidisse.

15. πεποιέται — ex Opt. pro ποιέεται. Mox ex eodem  
 recepi αὐτοῖσιν εἰσὶν ἰχθύες, pro vulgato αὐτοῖσιν οἱ ἰχθύες.  
 Reliqui Codd. habent αὐτοῖσιν εἰσὶν οἱ ἰχθύες.

λεγόμενοι, καὶ τούτοισιν ἀντὶ  
ξύλων χρεόμενοι· καὶ θύρας  
τὰ ὄσέα ὅσα πλατέα αὐτῶν  
ἀλίσκεται, ἀπὸ τούτων ποι-  
έονται· τοῖσι δὲ πολλοῖσι καὶ  
πενεξέροισιν ἀπὸ τῶν ἀκαν-  
θῶν τῶν ἰχθύων τὰ οἰκία  
πριέεται.

ossa fumentes, iis loco  
tignorum utuntur: vet ex  
grandioribus ossibus por-  
tas conficiunt. Plerique  
vero tenuioris fortunae ex  
spinis piscium domos con-  
struunt.

16. καὶ τούτοισιν — Copulam ex Opt. nunc addidi.

ANIMADVERSIONES AD CAP. XXIX.

*Arg. Talmena; Canasida; miseria exercitus; Canate; Troea; Dagasira; transgreditur Nearchus fines Ichthyophagorum. De vitae genere et moribus Ichthyophagorum.*

1. Τάλμενα] forte flu-  
vius Hydriacus Marciani,  
et Cadriaces Ptolemaei;  
Kié-kenk (Kié fluvius) geo-  
graphorum orientalium. Sed  
numerus mille stadiorum in  
Arriano nimius est. Vinc.  
pag. 240.

Κανασίδα] vel ut Vincent  
legere mavult Canasida, for-  
te convenit cum Tyza Pto-  
lemaei, Tesa vel Teisa Mar-  
ciani, et Tiz, Teiz, Tidge  
vel Tearsa nostrorum. Vo-  
cem Kana- disa enim inter-  
pretatur Vincent fluvius  
apud Tiz. Memoria urbis  
adhuc adest in sinu Chur-  
bar, et promontorium ad  
ostium portus adhuc vocat-  
ur Tizmee; et memoratu  
dignum est, a duobus navi-  
gatoribus, Nearcho et Ro-

binson, tot saeculis inter-  
jectis, eundem locum in  
ruinis inventum esse. Near-  
chus hic fluvii mentionem  
non fecit, sed fortasse non  
satis intravit sinum, ad flu-  
vium videndum. Etiam re-  
centiores navigatores flu-  
men non commemorarunt,  
sed satis rationis ex aliis  
auctoribus habere se dicit  
Vincent pag. 241., ad flu-  
vium in eo loco collocan-  
dum. Ab Ottero vocatur  
Kiour-Kienk, i. e. fluvius  
salsus.

ἰγνεφάλας] intellige te-  
nera arboris capita, cacu-  
mina. Apud Strabonem  
pag. 496. id vocabulum ver-  
tunt *cerebrum*, et medul-  
lam intelligere videntur.  
Curtius *radices palmarum*  
mili-

militibus alimento fuisse tradit IX, 10, 11. ad quem locum vide interprett.

2. αἰγιαλῶ ἐρήμῳ] fortasse Godeim, ad extremam partem sinus Churbar, de quo Nearchus nihil habet. Vinc. pag. 243.

4. Canate est Ptolemaei Samykade aut Samydake; ibi est parvus fluvius Tanka, a quo forte derivatae fossae, de quibus loquitur Arria-

a Ptolemaeo

Mafis (Magis, Magida, Mazinda)  
Sarus, fluvius  
Rhogana (Cogana)  
Nommana (Combana)

de quibus nominibus in Arriano ne vestigium quidem est.

ἔσιπτοντο] propter famem et aliarum rerum penuriam.

6. Dagalira esse videtur vel prius vel posterius promontorium inter Troea et Badin. A Ptolemaeo et Marciano vocatur Agris, Agrifa (Agarifa, Agalira). Vinc. p. 248.

νομάδες] vagi homines, qui plerumque gregibus aluntur. Passim circa haec loca nostris etiam temporibus inventi sunt incolae, qui capras habent paucas et camelos, atque eorum lacte aluntur. Vinc. pag. 248. Vocantur nunc incolae Brodies.

Arrian. Hist. Ind.

nus. Ad αἰγιαλός supple ex seqq. βραχύς, extrahendum ex βραχεῖαι.

5. ἐν Τροῖσιν] Vulcanius vertit: ad Troesos. Sed mihi nominativus videtur esse Τροῖα, Troea. De paimarum in ea regione multitudine testantur etiam recentiores navigatores, Vinc. pag. 246. Locus ipse incertus est. Inter Canaten vero et Dagalira, ubi Nearchus habet Troea, ponuntur

a Marciano

Pafis  
Salarus  
Rhogana  
Ommana,

7. πολλὰ κακὰ] Fame classē pressum iri praeviderat Alexander, unde dum in Gedrosia versaretur, ter operam dedit ut frumentum classi traderetur. cf. Exped. VI, 23, 6-11. Quum enim in fertiliore loco Gedrosiae esset, quod frumenti accipere potuit, sigillo suo obsignabat, et jumentis ad mare vehi iussit. Dum vero ageretur, milites et custodes, neglecto sigillo regio, quia ipsi fame maxime premerentur, frumento ipsi usi sunt. Tum Alexander cum alio frumento Cretheum ad mare, cum alio Telephum mittit, et incolis

L

lis

lis quoque imperat, ut ex superioribus locis, quantum possent, frumenti, palmarum fructuum et pecudis ad mare adferant. Sed in Nearcho non audimus, classem aliud frumentum ab Alexandro missum reperisse,

quam quod adduxerat Leonatus.

§. ἐρμίζοντες] mansionem habuerunt in loco Badi, de quo vide ad 32, 5.

§. ἄδιοι κύριοι] Navigabatur praeter littus Ichthyophagorum

a Malanis usque ad Bagasira	—	—	—	600 stad.
inde ad promontorium	—	(deest numerus.)		
a promontorio ad Colta	—	—	—	200 "
inde ad Calama	—	—	—	600 "
inde ad Kyfa	—	—	—	200 "
inde ad Mofarna (deest numerus, sed promontorium, quod circumnavigabant, in mare porrectum erat per 150 stadia; ergo numerus saltem erat 300 ft. nisi ponis, classem statim post promontorium superatum stationem habuisse.)				
a Mofarnis usque Balomum	—	—	—	750 "
inde ad Barna	—	—	—	400 "
inde ad Dendrobosa	—	—	—	200 "
ad Cophanta	—	—	—	400 "
ad Kyza	—	—	—	800 "
inde ad urbem parvam	—	—	—	500 "
inde ad promontorium Bagia, (deest.)				
inde ad Talmena	—	—	—	1000 "
ad Canafida	—	—	—	400 "
a Canafidis ad locum desertum per integrum diem (deest.)				
ad Canaten	—	—	—	750 "
ad Troea	—	—	—	800 "
a Troeis ad Dagasira	—	—	—	300 "
inde ad promontorium Bagin	—	—	—	1100 "
				<hr/> 9000 stad.

Stadia, quorum numerus ab Arriano quibusdam locis non adscriptus est, facile mille et plus esse possunt, et sic haberes numerum plenum. Rooke, translator anglicus, a Kyfis ad Mo-

farna numerat 400 stadia, et a Canafidis ad locum desertum 600, ut sic repleatur summa totius. Vincent pag. 261. a Canafidis ad Canaten numerari vult 750 stadia, ut sit numerus duorum dierum.

Arria-

Arriani 10,000 stadia aequalia sunt 625 mill. angl. Strabo lib. XV. pag. 495. numerat modo 7400 stad. i. e. 462½ mill. angl. (sequitur vero Strabo Nearchum eundem) Robinson vero usque ad promont. Mucksa 453 mill. angl. — Nearchi igitur numerus 172 mill. major est vero. Strabo veritati propius accedit. Tantus autem numerus restans circumnavigationi per sinus tribui non potest, nec credendum est, Nearchum de industria longitudinem itinerum auxisse, quo majora scilicet viderentur pericula. Sed miseria et fame adfectis quodvis iter longius videtur, quam est; et si Nearchus Hydrace duce et longius a littore et celerius navigaret, vel inde venire potuit, ut dimensio itinerum minus accurata fieret, et conjectura augetur. Caeterum supra jam monui, veterum nautas in diligentia metiendi longe nostris postponendos esse. cf. Vinc. p. 262. Plinio auctore VI, 23. praeter littora Ichthyophagorum XX dierum spatium navigatum. Tot dies ex Nearchi etiam numerat Vincent.

9. *σιτέοντες*] Miseria vitae incolarum in littore Ichthyophagorum (quod nomen Nearchus dedisse videtur) a recentioribus naviga-

toribus et hodie ita reperta est. Vinc. p. 206. Veteres consentiunt omnes. Cf. Curt. IX, 10, 8. (ubi Ichthyophagi vocantur Indi maritimi.) Diod. XVII, 105. Arrianus Exped. VI, 23, 3. sqq. Strabo lib. XV. pag. 495. Etiam Plinius IX, 3, 4. et VI, 23. pauca habet. Si vero dicit: Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piscibus vivere, absurdum hoc est. Nam interdixisset iis Alexander vivere. Plut. Vita Alex. c. 66. et alii pauci. Alexander Gedrosiam prius transiit, quam classis littora legeret; atque ter fecit periculum, annonae in usum classis ad littus deportandae, ut supra monui; quamvis ipse summae ejus penuria urgeretur.

10. De *Φλοιῶ τῶν Φοινίκων* consentit Strabo pag. 496; de ingenti vero retium longitudine nihil adjecit.

12. *καταλῆντες*] Strabo XV. pag. 495: „vertebrae piscium sunt Ichthyophagis mortaria, in quibus pisces tundunt, in sole affatos. Deinde panem faciunt, frumenti paululum admiscentes. Molas enim habent, quanquam ferro carentes. „Simili pulve in hunc usque diem aluntur incolae et ejus littoris, et in littoribus proximis Arabiae et sinus perfici. Vinc. pag. 266. not. 248.

15. καὶ τέτρω] quod nempe ex agro culto provenit, frumento nimirum et quicquid ex frumento conficitur. *Raph.*

16. De aedificiis cf. nota ad cap. 30, 9. De Ichthyophagorum corporibus Diodor. XVII, 105. hoc dicit: Ungues a primo aetatis or-

tu ad senectutem usque excrescere sinunt, et crines inter se constipatos alunt. Color propter solis fervorem adustus, et pelles ferarum pro amictu sunt. Vel ut Curtius dicit IX, 10, 9: prominent ungues nunquam recisi, comae hirsutae et intonsae sunt. cf. nota ad 24, 9.

XXX. Κήτεια δὲ μεγάλα 1 ἐν τῇ ἕξω θαλάσῃ βόσκεται, καὶ ἰχθύες πολλῶν μέζονες ἢ ἐν τῇδε τῇ εἴσω· καὶ λέγει 2 Νέαρχος, ὅποτε ἀπὸ Κυΐζων παρέπλεον, ὑπὸ τὴν ἕω ὀφθῆναι ὕδωρ ἄνω ἀναφυσώμενον τῆς θαλάσσης, οἷά περ ἐκ πρησῆρων βία ἀναφερόμενον· ἐκπλαγέντας δὲ σφᾶς 3 πυνθανέσθαι τῶν κατηγεομένων τοῦ πλόου ὅ,τι εἶη καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦτο πάθημα· τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι ὅτι κήτεια ταῦτα φερόμενα κατὰ τὸν πόντον ἀναφυσᾷ ἐς τὸ ἄνω τὸ ὕδωρ· καὶ τοῖσι ναύτησιν

XXX. Cete vero ingentis magnitudinis in exteriori mari nascuntur, piscesque multo majores quam in hoc interiore. Scribit etiam Nearchus quum ex Cyzidis navigarent, sub auroram vidisse se aquam sursum e mari efflari, et tanquam turbinibus violenter in altum efferrī, percussosque (spectaculo rei) nautas percontatos esse ex ducibus navigationis quidnam esset et a quo fieret haec res, eosque respondisse, cete esse, quae in mari volutantia aquam sursum efflent:

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXX.

1. πολλῶν μέζονες — ex Opt. pro πολὺν μέζονες.

3. τοῖσι ναύτησι — Vox ultima non est in Optimo, et sane, quum supra dixerit ἐκπλαγέντας σφᾶς, tuto hic omitti potest. Video equidem, mox rursus fieri mentionem



ἐκπλαγεῖσιν ἐκ τῶν χειρῶν  
 τὰ ἔρετμὰ ἐκπεσεῖν· αὐτὸς 4  
 δὲ ἐπιὼν παρακαλεῖν τε καὶ  
 θαρσύνειν, καὶ καθ' οὕστινας  
 παραπλέων ἐγένετο, ἐς μέ-  
 τωπόν τε κελεῦσαι καταστῆ-  
 σαι ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν τὰς  
 νέας, καὶ ἐπαλαλάζοντας ὁμᾶ  
 τῷ ῥοθίῳ, πυκνήν τε καὶ ξὺν  
 κτύπῳ πολλῷ τὴν εἴρεσίνην  
 ποιέεσθαι· οὕτως ἀναθαρσῆ- 5  
 σαντας ὁμοῦ δὴ πλέειν ἀπὸ  
 ξυνθήματος· ὡς δὲ ἐπέλαζον  
 ἤδη τοῖσι θηρίοισιν, ἐνταῦθα  
 αὐτοὺς μὲν ὅσον αἱ κεφαλαὶ  
 αὐτοῖσιν ἐχώρειον ἐπαλαλά-  
 ζαι· τὰς δὲ σάλπιγγας ση-  
 μῆναι, καὶ τὸν κτύπον ἀπὸ  
 τῆς εἴρεσίνης ὡς ἐπὶ μήκισον  
 κατασχεῖν· οὕτω δὲ ὁράμενα 6  
 ἤδη κατὰ τὰς πρώτας τῶν  
 νεῶν τὰ κήτεια, ἐς βυθὸν δὴ-  
 ναι ἐκπλαγέντα, καὶ οὐ πολ-  
 λῷ ὕψερὸν κατὰ τὰς πρύμνας  
 ἀναδύντα ἀνασχεῖν, καὶ τῆς 7  
 θαλάσσης αὐθις ἀναφυσῆσαι

nautisque attonitis remos  
 e manibus excidisse. Se ve-  
 ro, adeuntem, eoshorta-  
 tum esse atque animasse, et,  
 ad quoscunque praeternavi-  
 gans accessisset, jussisse, ut  
 naves adversis proris veluti  
 ad navalem pugnam instru-  
 ctis in eas dirigerent: ut-  
 que assidue et magno stre-  
 pitu remigantes una cum  
 ipso remorum fonitu ingent-  
 es etiam clamores ederent.  
 Ita revocatis animis simul  
 omnes signo dato remiga-  
 tionis incubuisse; quumque  
 jam propiores belluis facti  
 essent, quantum capita fer-  
 re poterant, acclamasse, tu-  
 basque claxisse, et remo-  
 rum pulsum latissime soni-  
 tum edidisse; atque ita ce-  
 te, quae jam ad proras na-  
 vium videbantur, exterrite  
 in profundum sese abdidif-  
 se: neque multo post ad  
 puppes emerfisse, rursus-  
 que magnam undarum vim

nem τῶν ναυτῶν. Alioquin ναῦται dici possent non fa-  
 tis proprie intelligi οἱ ἐρέσσοντες. Quin etiam pro vo-  
 cabulo ἔρετμὰ notat Vulcanius ex V. l. ἐρέματα; ipse  
 inveniri modo ἐρέτημα, modo ἀρέτιμα. Gron.

4. καὶ ὀξεῖαν κτύπῳ — MS. unus habet καὶ ὀξύν; Optimus  
 καὶ ξὺν κτύπῳ, quod sine mora nunc restitui.

ἐπὶ μέγα· ἔνθεν κρότους τε ἐπὶ τῇ παραλόγῳ σωτηρία γενέσθαι τῶν ναυτῶν, καὶ αἶνον εἰς τὸν Νέαρχον τῆς τε τόλμης καὶ τῆς σοφίης. Τούτων μετεξέτερα τῶν κητέων ἐποκέλλειν πολλαχοῦ τῆς χώρας, ἐπειδὴν ἀνάπτωτις κατάσχη ἐν τοῖσι βράχεσιν ἐχόμενα· τὰ δὲ καὶ ὑπὸ χειμῶνων σκληρῶν ἐς τὴν χέρσον ἐξωθέεσθαι· καὶ οὕτω δὴ κατασηπόμενα ἀπόλλυσθαι τε, καὶ τὰς σάρκας αὐτοῖσι περιρῥεούσας ὑπολείπειν τὰ ὀστέα χρῆσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία· εἶναι ὧν τὰ μὲν

furfum efflaffe. Tum incredibilem nautarum ob inopinatum salutem applausum factum fuisse, Nearchi audaciam pariter et prudentiam laudantium. Nonnullae vero harum balaenarum interdum variis locis ad litus appelluntur, quae recedente aestu in vadis haerent: aliae a vehementibus tempestatibus in terram eji-ciuntur, et sic putrefactae ipsae pereunt, et carnes earum decedentes ossa relinquunt hominibus ad domos exstruendas adhibenda. Et laterum quidem ossa

8. κατασηπόμενα — ex Optimo pro vulgato καὶ τὰ σηπόμενα. In Veneta et Basileensi est αὐτὰ σηπόμενα.

ὑπολείπειν τὰ ὀστέα· χρῆσθαι δὲ τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία· εἶναι ὧν — Sic legit Vulcanius ex V. C. et qui eum sequuti sunt. Veneta habet: ὑπολείπειν τὰ ὀστέα χρῆσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία· εἶναι ὧν etc. Basileensis aliter interpungit: τὰ ὀστέα, χρῆσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία εἶναι. ὧν etc. Blancardus, veteres, ut dicit, editiones et Gandensis libri vestigia secutus, emendat: χρῆσθαι δὲ τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία εἶναι. ὧν etc. Sed plane supervacuum est ὧν, quum in eadem periodo sit αὐτῶν, quod non sic committit Arrianus, ut monet Gronovius. Gronovius in Optimo et duobus aliis scriptis non invenit adverbativam in χρῆσθαι δὲ τοῖσιν· et legendum censet: ὑπολείπειν, τὰ ὀστέα χρῆσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία· εἶναι ὧν τὰ μὲν, quod vertit: et carnes ipsis colliquatas relinquere, (ut ibidem deficient) ossa utilia esse illis hominibus ad domos. Sed nec

ἐν τῆσι πλευρῆσιν αὐτῶν ὄσέα, δοκοὺς τοῖσιν οἰκήμασιν ὅσα μισγάλα· τὰ δὲ μικρότερα, σρωτῆρας· τὰ δὲ ἐν τῆσι σιγόσι, ταῦτα δὲ εἶναι τὰ θύρετρα, οἷα δὴ πολλῶν καὶ εἰς εἴκοσι καὶ πέντε ὀργυρίας ἀνηκόντων τὸ μέγεθος.

quaecunque majora in trabes aedium deliguntur; minora vero in tabulas: quae in maxillis sunt ad januas accipiuntur; multae siquidem balaenae magnitudine sunt circiter centum cubitorum.

nec hoc placet; offenderet me usus verbi ὑπολείπειν; scripisset, ni fallor, Arrianus τὰ ὄσέα δὲ; nec uteretur vocabulo χρῆσθαι, ut solet. Malui igitur sequi Venetam, mutata solummodo vocula ὦν in ὠν; et verto: *et carnes earum* (αὐτοῖσι est pro αὐτῶν, ut saepe) *colliquatas ac defluentes relinquere ossa in usum hominum*, adhibenda ab hominibus (*zu gebrauchen den Menschen*, quae significatio verbi χρῆσθαι solennis est) *ad domicilia*.

ANIMADVERSIONES AD CAP. XXX.

Arg. Balaenae grandes, a Nearcho visae et in fugam actae, ex quarum ossibus domus exstruuntur.

3. κῆτεκ] Vix dubium, quin intelligendae sint eae balaenae, quas nostrates vocant *Wallfische*.

4. αὐτὸς δὲ ἐπιών] Nearchus navigio circumferebatur ad singulas naves, ut doceret, quid contra balaenas fieri oporteret. Quare verba καὶ οὐστίνας non ad belluas (ut fecerat Vulcanius) sed ad nautas referenda sunt, uti cum ex verbis ipsis satis intelligitur, tum ex eo, quod postea demum

5. ὅσον αἱ κεφαλαὶ αὐτοῖσιν ἐχώρειον — i. e. pro corporis viribus.

6. κατὰ τὰς πύμνας ἀναδύντα ἀνασχεῖν] Praeter paucissima de fluxu et refluxu maris atque de ventis vehementibus Diodorus nihil praeter hanc remotionem balaenarum per strepitum ingentem ex universa Nearchi navigatione narravit, libro XVII. c. 106. Eandem rem narrarunt et tetigerunt Strabo XV. p. 499. (ex quo addo, Nearchum balaenas viginti trium orgyiarum lon-

gitudine fuisse dixisse) Plinius VI, 23, 13. et IX, 3, 2. (ubi pro balaenis nominat vel hydros marinos, vel thynnos, sed erronee, ut jam notat Freinshem. ad Curtium.) Solinus c. 55. Curtius X, 1, 12., cum interpretibus; Ael. Hist. Anim. XVII, 6.

9, ὀργυιάς] Una orgyia fuit quatuor cubitorum sive ulnarum. Hinc quinque et viginti efficiunt cubitos centum. *Blancard.* De ingenti magnitudine consentiunt veteres omnes, et nunc dubium esse nequit. De structura aedificiorum haec addo: Arr. Exped. VI, 23, 4. sqq.:

Thoas ab Alexandro ad litus Ichthyophagorum missus invenerat quosdam piscatores, in angustiis tuguriis viventes, ex congeltis conchis factis, tectis ex piscium spinis. Strabo XV. p. 495: domos ex ossibus cetarum faciunt, et magna ex parte conchis ostreorum. Trabium et fulcrorum loco sunt costae, portarum maxillae. Diodorus, in reliquis consentiens addit, ex costis balaenarum trabes duodeviginti cubitorum fieri, incolasque tegularum loco squamis balaenarum tecta cooperire. Conferatur etiam Plin. IX, 3.

XXXI. Εὗτ' ἂν δὲ παρέ-  
πλεον τὴν χώρην τῶν Ἰχθυο-  
Φάγων, λόγον ἀκούουσι περὶ  
νήσου τινός, ἣ κεῖται μὲν  
ἀπέχουσα τῆς ταύτης ἡπείρου  
σταδίους ἑκατὸν, ἐρήμη δὲ ἐστὶν  
οἰκητόρων. Ταύτην ἰρὴν ἡλίου  
ἔλεγον εἶναι οἱ ἐπιχώριοι, καὶ  
Νόσαλα καλέεσθαι· οὐδὲ τι-  
να ἀνθρώπων καταίρειν ἐθέ-  
λειν ἐς αὐτήν· ὅστις δὲ ἂν  
ἀπειρή προσχῆ, γίνεσθαι

XXXI. Quum Nearchus  
Ichthyophagorum regio-  
nem praeternavigaret, co-  
gnovit insulam quandam in  
eo mari esse, centum fere  
stadiis a continente remo-  
tam, quae habitatoribus va-  
cua esset. Hanc indigenae  
Soli sacram esse dicebant,  
Nosalaque vocari, neque  
quemquam mortalium ad  
eam appellere velle. Siquis  
vero imprudens eo defera-

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXXI.

I. σταδίας ἑκατὸν — ex Opt. Vulgo ἐς ἑκατὸν.

ἀφανέα. Ἄλλὰ λέγει Νέαρχος, κέρκουρον σφιν ἕνα, πλήρωμα ἔχοντα Αἰγυπτίων, οὐ πόρρω τῆς νήσου ταύτης γενέσθαι ἀφανέα, καὶ ὑπὲρ τούτου τοὺς ἡγεμόνας τοῦ πλοοῦ διίσχυριζεσθαι, ὅτι ἄρα κατάραντες ὑπ' ἀγνοίης εἰς τὴν νῆσον γένοιτο ἀφανέες. Νέαρχος δὲ πέμπει κύκλω 4 περὶ τὴν νῆσον τριηκόντορον, κελεύσας μὴ κατασχεῖν μὲν εἰς τὴν νῆσον, ἐμβοᾶν δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς μάλισα ἐν χρῶ παραπλέοντας, καὶ τὸν κυβερνήτην ὀνομάζοντας, καὶ ὅτου ἄλλου οὐκ ἀφανὲς τὸ ὄνομα· ὡς δὲ οὐδένα ὑπα- 5 κούειν, τότε δὲ αὐτὸς λέγει πλεῦσαι εἰς τὴν νῆσον, καὶ κατασχεῖν δὴ προσαναγκάσαι τοὺς ναύτας οὐκ ἐθέλοντας· καὶ ἐμβῆναι αὐτὸς, καὶ ἐλέγξει κενὸν μῦθον εἶοντα τὸν περὶ τῆς νήσου λόγον· ἀκοῦσαι 6 δὲ καὶ ἄλλον λόγον ὑπὲρ τῆς νήσου ταύτης λεγόμενον, οἰκῆσαι μὲν τὴν νῆσον ταύτην μίαν τῶν Νηρηίδων· τὸ δὲ ὄνομα οὐ λέγεσθαι τῆς Νηρηί-

tur, eum non amplius cerni. Nearchus cercurum unum Aegyptiis nautis instructum, non procul ab hac insula evanuisse scribit, navigationisque duces ea de re affirmasse, quod ignorantes in eam insulam delati ex oculis hominum sublati fuerint. Idem navim triginta remorum in circuitum insulae mittit, mandatis additis ut descensu quidem in insulam abtinerent: sed proxime ad insulae oram adnavigantes hominibus acclamarent, et gubernatorem nominarent, aut cujuscunque alius non obscurum nomen. Quumque nemo audiret, tum semet eo navigasse dicit, ac nautas compulisse vel invitos navem appellere; quumque in insulam descendisset, vanam atque inanem fabulam docuisse quae de insula illa spargebatur. Audisse vero se etiam alium de hac insula fermomen ait: Habitasse hanc insulam unam Nereidum, nomen vero Nereidos non

6. οἰκῆσαι μὲν — alteram vocem ex Optimo restitui.

δος. Ταύτη δὲ ὅστις πελάσειε τῇ νήσῳ, τούτῳ συγγίνεσθαι μὲν, ἰχθύν δὲ ἐξ ἀνθρώπου ποιέουσιν, αὐτὸν ἐμβάλλειν ἐς τὸν πόντον· ἥλιον δὲ ἀχθε- 7 σθέντα τῇ Νηρηίδι, κελεύειν μετοικίζεσθαι αὐτὴν ἐκ τῆς νήσου· τὴν δὲ ὁμολογεῖν μὲν ὅτι ἐξοικισθήσεται, δεῖσθαι δὲ οἱ τὸ πάθημα καὶ τὸν ἥλιον ὑποδέξασθαι· τοὺς δὲ δὴ ἀν- 8 θρώπους οὕστινας ἂν ἰχθύας

dici; eam cum omnibus qui eo appellerent commisceri solitam; eosque in pisces conversos in mare projicere. Qua de causa iratum Nereidi solem iussisse ut ex ea insula migraret; ut ex ea insula migraret; atque hanc quidem pollicitam esse se migraturam: rogasse autem sibi coitum solis, et solem pollicitum esse. Hominum autem quoscun-

7. μετοικίζεσθαι αὐτὴν — pro secunda voce habet Optimus μὲν, unde Gronovius Arrianum scripsisse putat μετοικίζεσθαι μὲν.

ὅτι ἐξοικισθήσεται, δεῖσθαι δὲ οἱ τὸ πάθημα — Descripti quidem in animadversionibus explicationes aliorum hujus loci difficilis. Sed, fateor, eas mihi non satisfacere. Donec forte aliquando ex MSis certiora profstabunt, liceat mihi conjectura uti. Videntur mihi voces δεῖσθαι δὲ natae ex mala repetitione terminationis verbi praecedentis: θήσεται; iisque igitur ejectis locus vertendus: *et illam quidem concessisse* (non ut ipsa migret, pellatur ex insula, sed) *ut expellatur ei malum illud*, (infusus nempe voluptatis appetitus) *atque hoc promississe solem*. — Omnis res mihi verti videtur in lusu verborum. Nam μετοικίζεσθαι et ἐξοικίζεσθαι, utrumque significat, et migrare, et expelli. Unde auctor dicere poterat, eam ὁμολογεῖν. Sed ita verti nequit locus, ut lusus verborum exprimat. Hos vero lusus subtiles ab Arriano amari, et a librariis non intellectos textui depravando ansam prae-buisse, vide alio exemplo capite 28, 1. Hudson in Cod. Bodl. legi testatur: τὴν δὲ ὁμολογεῖν μὲν ἐξοικισθήσεται. quod forte verti potest: *illam quidem concessisse, aliquid pellendum esse; rogasse vero, ut ei expellatur malum illud*.

ἐξ ἀνθρώπων πεποίηκε κατε-  
 λείψαντα, ἀνθρώπους αὖθις  
 ἐξ ἰχθύων ποιῆσαι· καὶ ἀπὸ  
 τούτων, τῶν Ἰχθυοφάγων  
 τὸ γένος καὶ εἰς Ἀλέξανδρον  
 κατελθεῖν. Καὶ ταῦτα ὅτι  
 ψεύδεα ἐξελέγχει Νέαρχος,  
 οὐκ ἐπαινῶ αὐτὸν ἔγωγε τῆς  
 σχολῆς τε καὶ σοφίης, οὔτε  
 κάρτα χαλεπὰ ἐξελεγχθῆναι  
 ἐόντα· παλαιῶρον γε ὃν γι-  
 νῶσιων τοὺς παλαιούς λόγους  
 ἐπιλεγόμενον ἐξελέγχειν ὄν-  
 τας ψευδέας.

que pisces ex hominibus fe-  
 cerat, misertum solem ho-  
 mines rursus ex piscibus fe-  
 cisse. Ex iis Ichthyophago-  
 rum genus ad Alexandrum  
 usque pervenisse. Ego ve-  
 ro Nearchum eo nomine  
 non laudo, quod otio et  
 sapientia in re non admo-  
 dum difficili refellenda ab-  
 usus fuerit; miserabile cen-  
 sens veteres mendacesque  
 fabulas recensentem refu-  
 tare.

9. καὶ σοφίης — MS. Bodl. καὶ τῆς σοφίης.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. XXXI.

Oaracta apud Ptolemaeum, Urochtha, hodie Kismis, Dfjisme, Vroct. Kismis vero significat in persico parvas sine nucleis; de vitibus vero insulae loquitur jam Arrianus et nunc adhuc ibi inveniuntur. Vinc. p. 325. Strabo XVI. pag. 527, insulam, in qua Erythrae sepulcrum, Tyrinen vocat, Orthagora auctore; Doracta, Nearcho auctore, quod nomen prope convenit cum Oaractis nostri. Mela III, 8. Plin. VI, 28. Dionys. Perieg. v. 606. insulam vocant Ogyrin. Quod nomen etiam apud Strabonem latet, l. l. in voce Ἐζωγίρα, pro qua Mannert



nert legendum cenfet ἐξ Ὠγύρα. pag. 57. Apud Stephanum vocatur Δῶρα. Apud Plin. VI, 23. Organa vel Oracla. Alia recentiorum nomina vide apud Vincent. loco laudato. Omnes veterum dicunt eandem insulam. Sed propter ignorantiam alius alium ei situm circa hanc regionem tribuunt.

3. ἐρυθρὴν καλέσθαι] nunc ab nemine negatur, verum mare rubrum esse sinum arabicum, mare idumaeum, nomen habens ab Edom patriarcha arabico. Edom vero significat ruber. Arabes erant sine dubio primi navigatores in mari indico, qui quum fretum Babelmandeb transissent, omnia maria, quousque penetrarent, mare rubrum vocabant. Graeci, qui libentius omnia vertebant, quam nomen peregrinum reciperent, fecerunt nomen maris erythraei. Qua re non contenti saepe invenerunt etiam vel deum aut heroem, vel regem, a cuius nomine historiave nomen derivarent. Sic orta est narratio de rege Erythra. Poni tamen potest, in ea insula tumulum quendam, monumentum vetus inventum esse. Vinc. p. 318. Sunt ad occidentem insulae Oaracta et hodie duae parvae insulae, quae ad hunc diem vocan-

tur *magnus tumulus* et *parvus tumulus*, pag. 324. Strabo XVI. pag. 527 Erythrae sepulcrum fuisse dicit magnum tumulum, silvestribus palmis confitum. De quo certiores eos factos esse a Mithropasta, Areini, Phrygiae Satrapae filio, in ea insula exfule, et cum Macedonibus in patriam redeundi cupido. Curtius X, 1, 14 fuisse dicit haud procul a continenti insulam palmis frequentibus confitam, et in medio nemore columnam eminere, Erythrae regis monumentum, literis gentis ejus scriptam. — Si cuius interest multorum de eo mari opinionem legere, adeat Freinshemium ad Curt. VIII, 9, 14. Nostro mare erythraeum proprie est sinus persicus, et hic, et c. 32, 8.

4. ἄλλην νῆσον] Angar hodie aut Angar. Inaccessibilis credebatur superstitione indigenarum. Ceterum Graeci nomina suorum deorum dare solebant similibus aliarum gentium diis. Si in hac insula, sicut hodie, ita et olim, templum eminebat, vel inde ea Neptuno sacra dici poterat. Habet ea insula bonam aquam et multitudinem ovium et caprarum agrestium. Vinc. p. 327.

5. ἐν τῷ ξηρῷ] Volebat Nearchus circumnavigare occidentalem finem insulae Kismis et ad littus conti-

nentis reverti. Ibi vero et hodie brevia arenosa longe in mari porrecta sunt, in quibus classis haerebat. Vincent p. 327. Mann. p. 58.

7. νῆσον ἄλλην] nunc *magnus tumulus* (great Tomb vel Tumbo) vel Raze, 300 stadia circiter distans ab occidentali finē insulae Kismis, quae hic sub continenti intelligenda videtur. Erat forte hīc quoque tumulus celebrioris cujusdam in hac regione hominis. Longitudine est unius mill. gallici, ab oriente occidentem versus, latitudine dimidia parte minor. Aquam habet, sed non habitatur. Arabes vero eo veniunt piscandi causa, et in sinu arenoso ab oriente appellī potest. Meridiem versus ab ea longe in mari prominent brevia arenosa. Vinc. p. 329.

8. Πύλωρα] nunc Peloro, Polior, Belior, longitudine sex, latitudine trium miliariorum. Vinc. p. 330.

Σισιδώνη] locus quidem obscurus, sed forte eodem

loco situs, ubi nunc ab omnibus ponitur oppidulum ad promontorium, quod d'Anville vocat Bustion. Est ibi sinus, ab occidente incipiens cum promontorio Bustion, ad occidentem finitus alio promontorio Certes. De his nominibus cf. Vinc. p. 331. sqq.

9. Ταρσίην] nunc promontorium Girde, Certes, Ras - el - Dsjerd. cf. Vinc. pag. 334. Apud Plin. VI, 25, vocatur Themistias.

10. Cataea, nunc Kaish, Keish, Guefs, Queche, Qās, Ken, Zeits. Est insula parva circiter quinque miliariorum gallicorum in circuitu, valde plana et humilis, sed amoena et arboribus confita. Quae numina illarum gentium sub Nearchi Venere et Mercurio intelligenda sint, non liquet. Nunc habitatur et per aliquod tempus sedes fuit non parvi commercii. Vinc. p. 335. Apud Plin. VI, 25, vocatur Aphrodisias.

XXXVIII. Μέχρι τοῦδε ἰ Καρμανίη· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε, Πέρσαι ἔχουσι· μῆκος τοῦ πλοῦ παρα τὴν Καρμανίην χώρην, σάδια τρισχίλια καὶ XXXVIII. Ad hunc usque locum Carmania pertinet: citeriora Persae tenent. Longitudo navigationis ad Carmaniae oram est

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXXVIII.

1. σάδια τρισχίλια καὶ ἑπτακόσια, ex Optimo pro σάδια τρισχίλιοι καὶ ἑπτακόσιοι.

ἑπτακόσια· ζώουσι δὲ κατὰ-  
 περ Πέρσαι, ὅτι καὶ ὄμοροι  
 εἰσὶ Πέρσησι· καὶ τὰ ἐς τὸν  
 πόλεμον ὡσαύτως κοσμέονται.  
 Ἐνθένδε ἄραντες ἐκ τῆς νήσου 2  
 τῆς ἰρῆς παρὰ τὴν Περσίδα  
 ἤδη ἔπλεον· καὶ κατὰγονται  
 ἐς Ἴλαν χῶρον, ἵνα λιμὴν  
 πρὸς νήσου σμιμρῆς καὶ ἐρήμου  
 γίνεται· οὐνομα τῇ νήσῳ Κέ-  
 κανδρος· ὁ δὲ πλόος σαδία  
 τετρακόσια. Ὑπὸ δὲ τὴν ἔω 3  
 ἐς ἄλλην νῆσον πλώσαντες ὀρ-  
 μίζονται οἰκουμένην· ἵνα καὶ  
 μαργαρίτην θηρᾶσθαι λέγει  
 Νέαρχος, κατὰπερ ἐν τῇ Ἰν-  
 δῶν θαλάσῃ· ταύτης τῆς  
 νήσου τὴν ἀκρὴν παραπλώ-  
 σαντες σαδίους ὡς τεσσαρά-  
 κοντα, ἐνταῦθα ὠρμίσθησαν·  
 ἐνθένδε πρὸς ὄρει ὀρμίζονται 4  
 εὐψηλῶ (Ὠχος ὄνομα τῷ  
 ὄρει) ἐν λιμένι εὐόρμῳ· καὶ  
 ἀλιέες αὐτοῦ ὤκειον. Καὶ ἐν- 5  
 θεν πλώσαντες σαδίους τε-  
 τρακοσίους καὶ πεντήκοντα,  
 ὀρμίζονται ἐν Ἀποσάνοισι· καὶ  
 πλοῖα πολλὰ αὐτότι ὤρμεε,

ftadiorum IIII M. et DCC. Vi-  
 vunt Carmani Perfarum mo-  
 re; nam et Persis finitimi  
 sunt: eodem etiam armo-  
 rum et bellandi genere utun-  
 tur. Soluta inde classe, Per-  
 fidis oram circumvecti, in  
 locum quendam Ilan dictum  
 appulerunt, ubi portus ab  
 infula parva ac deferta effi-  
 citur. Nomen insulae Ke-  
 candrus est. Navigatio est  
 ftadiorum cccc. Sub auro-  
 ram in aliam insulam habi-  
 tatam delati sunt, in qua  
 perinde atque in mari Indico  
 margaritam capi Nearchus  
 scribit. Hujus insulae pro-  
 montorio praeternavigato,  
 ftadia XL emensi, constite-  
 runt. Inde ad montem ex-  
 celsum, Ochum dictum, ap-  
 pulerunt in portu a ventis  
 tuto, et piscatores ea loca  
 habitantes repererunt. Inde  
 rursus solventes, ccccl sta-  
 diis peractis, ad Apostana  
 appulerunt. Complura ibi

2. Κέκανδρος pro Καίκανδρος, deinde καὶ ἐρήμη pro καὶ ἐρήμης, ac denique σαδία τετρακόσια pro σαδίοι τετρακοῖοι, omnia ex Codice Optimo.

κώμη τε ἐπὶν ἀπέχουσα ἀπὸ  
 θαλάσσης σαδίου ἐξήμοντα.  
 Νυκτὸς δὲ ἐπάραντες ἔνθεν, 6  
 ἐσπλώουσιν ἐς κόλπον συνοικέ-  
 μενον πολλῆσι κώμησι·  
 σάδιοι τοῦ πλοῦ τετρακίσιοι·  
 ὀρμίζονται δὲ πρὸς ὑπωρεῖν·  
 ταύτη Φοίνικες τε πολλοὶ  
 ἐπεφύκεσαν, καὶ ὅσα ἄλλα  
 ἀκρόδρυα ἐν τῇ Ἑλλάδι γῆ  
 φύεται. Ἐνθεν ἄραντες ἐς 7  
 Γώγανα παραπλεύουσι, σα-  
 δίου μάλιχα ἐς ἑξακοσίους,  
 ἐς χώραν οἰκουμένην· ὀρμίζονται  
 δὲ τοῦ ποταμοῦ τοῦ  
 χειμάρρου (ὄνομα δὲ Ἀρεῶν)  
 ἐν τῆσιν ἐκβολῆσιν· ἐνταῦθα  
 χαλεπῶς ὀρμίζονται· σεινὸς  
 γὰρ ἦν ὁ ἐσπλους κατὰ τὸ  
 σόμα, ὅτι βράχεια τὰ κύκλω  
 αὐτοῦ ἢ ἀνάπτως ἐποίηε. Καὶ 8  
 ἔνθεν αὖ ἐν σόματι ἄλλου  
 ποταμοῦ ὀρμίζονται, διεκ-  
 πλώσαντες σαδίου ὀκτακο-  
 σίους· Σιτακὸς ὄνομα τῷ  
 ποταμῷ ἦν· οὐδὲ ἐν τούτῳ  
 εὐμαρέως ὀρμίζονται· καὶ ὁ

navigia in statione erant:  
 et pagus adjacebat LX stadiis  
 a mari remotus. Hinc, re-  
 petita per noctem naviga-  
 tione, in finum quendam  
 frequentibus pagis celebrem  
 delati sunt, cccc stadia  
 emensi: ibi classe ad radi-  
 cem montis collocata, sub-  
 stiterunt. Loca illa palmas  
 aliasque pomiferas arbores  
 quotquot in Graecia nascun-  
 tur ferebant. Inde solventes,  
 in Gogana, regionem habi-  
 tatam, DC circiter stadia  
 emensi, navigant; classem-  
 que ad fauces fluvii cujus-  
 dam qui torrens erat (Areon  
 ei erat nomen) collocavit,  
 idque iniquo fatis loco:  
 quod aditus faucium angu-  
 stus esset, ob vada quae  
 aestus marini recessus in or-  
 bem fecerat. Inde rursus ad  
 alterius fluminis, cui Sitaco  
 nomen est, fauces appule-  
 runt, DCCC stadia emensi.  
 sed ne ibi quidem commo-  
 dam stationem nacti sunt:

7. ἐς ἑξακοσίας — Praepositionem vulgo deficientem ex Optimo adjeci. Deinde ex eodem atque Veneta et Basileensi ac MS. Bodl. scripsi ὄνομα δὲ Ἀρεῶν, pro ὄνομα δὲ οἱ Ἀρεῶν.

πλόος ἅπας οὗτος ὁ παρά τὴν Περσίδα, βράχεά τε ἦσαν, καὶ ῥηχίαι καὶ τενάγεια. Ἐν ταῦθα σίτον καταλαμβάνουσι πολὺν, ζυγνεκομισμένον κατὰ πρόσταξιν βασιλέως, ὡς σφίσιν εἶναι ἐπισιτίσασθαι· ἐν ταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τὰς πάσας μίαν καὶ εἴκοσι, καὶ τὰς ναῦς ἀνειρυσάμενοι, ὅσαι μὲν πεπονθήκεσαν, ἐπεσκεύαζον· τὰς δὲ ἄλλας ἐθεράπευον.

universa haec ad Persidis oram navigatio plurima vadosa et petricosa palustri- que loca habet. Eo loci Nearchus multum frumenti quod rex ad frumentandum exercitum convehi curarat, accepit. Ibi XXI dies in universum commorati, naves quae falo quassatae erant in terram subductas refece- runt; alias autem curando renovarunt.

8. καὶ ὁ πλόος ἅπας — βράχεά τε ἦσαν — Vel locus non est sanus, vel excidit Arrianus ex ordine constructionis, quod etiam vidit Facius, qui vertit: *Omnis haec navigatio per (juxta) Persidem, loca plurimum vadosa ac palustria sunt.* In versione apposita secutus sum Vulcanium, qui sententiam loci expressit. Supra habet MS. Bodl. *ἐς ὀκτακοσίαις.*
9. ζυγνεκομισμένον — Primae editiones habent ζυγνεκοσμημένον.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. XXXVIII.

*Arg. Fines Carmaniae et Persidis; longitudo navigationis praeter Carmaniam. Navigatio praeter Persidem. Ilas; Kecandrus; alia insula; Ochus mons; Apostana; Gogana; Areon fluvius; Sitacos; castra Nearchi.*

1. μέχρι τῆδε] E regione Cataeae in littore continens est collis, qui forte finis est montium ab eo mediterranea versus extensorum, et sic is locus natura finis est Carmaniae. Vocatur is collis Charrack, ibi erat olim

urbs Siraff, nono saeculo celebre emporium; nunc in ruinis est. At eodem ferme loco nunc est oppidum Charrak, vel Tsjaerak. Vincent pag. 336. Carmania praeter littora, (nunc Kermelir) humilis est, montibus cincta,

fervidissima, habitatur nunc a tribu Arabum, Beni Houle vocata, quam principes, (Scheik) regunt independentes. Vivitur nunc ibi praecipue a venatu et piscatu, praeter ea pauca, quae sua sponte terra profert. Simile quid vidit Nearchus Sifidonae. Interdum per plures annos pluvia non cadit,

nisi in montibus, 'quod et Strabo et recentiores observarunt. Vinc. p. 339. Diverfos Carmaniae fines et quosdam fluvios ab Nearcho non commemoratos habet Ptolemaeus, de quibus videatur Vinc. pag. 341. fqq. et Mannert pag. 60. fqq.

στάδιοι τρισχίλιοι καὶ ἑπτακόσιοι ] Navigatum est

a Badi ad littus desertum	—	—	—	800 stad.
inde ad Neoptana	—	—	—	700 "
inde ad Anamin	—	—	—	100 "
inde ad Oaracta	—	—	—	300 "

(Mannert erronee 400 scribit, et hoc ad huc vero minus censet.)

praeter Oaracta	—	—	—	200 "
-----------------	---	---	---	-------

(Mann. legendum censet: 400.)

inde ad Tumbo	—	—	—	400 "
---------------	---	---	---	-------

inde ad Sifidonam — deest.

(Vincent 600 numerari vult.)

inde ad Promont. Tarsia	—	—	—	300 "
a Tarsia ad Canaten	—	—	—	300 "

3100 stad.

Si addis illa sexcenta, habes 3700. Hic numerus aequalis est 231¼ mill. angl. Sed vere distant fines Carmaniae 339 mill. angl. Desunt igitur in Nearcho 108 millia. Sed Strabo ab Arriano non dissentit. Videtur Nearchus, a nostro studio in metiendi alienissimus, numeros rotundos amasse, et minorem numerum, quam C stadiorum, non descripsisse. Vinc. p. 337.

παράπερ Πέσσα] Idem dicit ex Nearcho Strabo, XVI, pag. 500, ubi, fortasse ex

Onesicrito, haec pauca de moribus addit: Carmanios propter inopiam equorum, in bello plurimum alinis uti et alinum Marti sacrificare; neminique uxorem ducere licere, nisi prius caput hostis ad regem pertulerit, qui calvaria in thesauro reposita, linguam dissectam pane miscet, ipse gustat, et ei, qui caput attulit atque familiaribus edendam praebet.

2. "Ιλαν] nunc Gillam vel Gella.

Κέκανδρος] nunc Andarvia, Anderoya, Inderabia, Inde

Inderabi, Angarvia, Indernea, Indernore, et aliis adhuc modis nomine variato. Vincentio pag. 346. verosimile videtur, Kaik-Andros esse Keish-Andarvia, i. e. insula Andarvia. Insula sex circiter milliaria gall. longa et humilis est, nec habitata, sed bonam habet aquam. Fretum inter eam et littus latitudinem habet circiter unius mill.

3. ἄλλην νῆσον] Sunt ibi duae insulae; major vocatur in priscis mappis portugallicis de l'Ara vel Lara; ab Anglis Busheab. Est fortasse Araka Ptolemaei. Et minor nunc vocatur Schitwar, quae proxima est majori, adeo ut arbores, quae sunt in Schitwar, in Busheab esse videantur. Hanc vidit Nearchus. Margaritae vero inveniuntur pluribus locis in orientali latere sinus perfici. Vinc. pag. 348.

ἐν ταῦθα ὠρμίσθησαν] nempe ad promontorium orientem versus a fluvio Darabin. Fretum habet circiter latitudinem quadraginta stadiorum. Deinde circumnavigavit classis, et stationem habuit in sinu. Est ibi ad occidentem a fluvio oppidum, vocatum Shitwar.

4. Ὠχος] Ochus est mons inter promontorium Nabon et fluvium Darabin, nunc Dahr-Alban apud Niebuhr, apud Ptolemaeum Dara.

Eum montem cohaerere cum montibus mediterraneis colligi potest ex magnis fluvii ad utrumque ejus latus. Vinc. p. 349. Portus, cujus meminit Nearchus, sinus esse videtur, in quem effunditur fluvius Darabin.

5. Ἀποστάνοισι] Apostana sita fuisse videntur in medio circiter inter promontorium Nabon et fluvium Darabin. Invenitur et nunc ibi locus, Shevoo vocatus, ubi bona aqua, quae fuit forte causa, ut ibi a Nearchus multae naves inveniuntur. Vincent invenit nomen Apostana in nomine montis Alban pag. 353.

6. πρὸς ὑπωρσίην] nunc promontorium Nabon, et sinus formatur flumine, quod idem nomen habet. Est ibi nunc oppidulum, sedes reguli arabici, qui paucis et parvis navigiis, piraticam exercet. Regio et nunc habet vim palmarum. Fluvius Nabon est Bagrada Ptolemaei. Vinc. p. 354. Ἀκρόδρυα a Graecis vocari solent arbores nuciferae, et nuces; deinde vero etiam arborei fructus omnis generis, iique, qui τῶν ὑπώρων nomine veniunt, et Romanis poma appellantur. De hoc vocabulo vide quae Blancardus habet pag. 581, maximam partem ex Salmalii exercitationibus Plinianis descripta.

7. Gogana nomen conuenit ferme cum Konkûn, Congoon, ut nunc ibi locus vocatur. Brevia nunc quoque ibi sunt. Torrens vero in recentiorum mappis non inuenitur. Vinc. pag. 355. Torrentes vero (χειμάρροι) earum regionum oriuntur in propinquis montium jugis; ubi quum sub principium veris multa cadit pluvia, subito magni volvuntur; hieme vero, quo tempore Nearchus navigabat, exiguum vel nullam aquam habent.

8. βράχεά τε ἦσαν] Brevia multa et scopuli nunc adhuc ibi inueniuntur. Numerus stadiorum non concedit, Nearchum circa scopulos navigasse, sed littora legit,

quod minoribus forte navibus licet. Est ibi parva insula, Monjella, de qua Nearchum nihil monuisse mirandum non est, quia saepius talia omissa sunt. Fluvium Sitacum d'Anville eundem esse dicit, qui nunc vocatur Kaneh-Sitan. Vinc. pag. 356.

9. βασιλέως] Forte Hephæstion cum copiis suis vicinuserat. cf. Exped. Alex. VI, 28, 10.

ἐθεράπευον] alias iussit purgari, detergeri, aut aliter curari. Sic θεραπεύειν τὰς πανοπλίας Polybius, ut reor, dixit. Alias idem valere quod τὸ ἐπισκευάζειν, satis certum. Diodorus: ἕνεκα τῆς θεραπεύειν αἰεὶ τὰ πονῶντα μέρη τῆς νεώς. Blanc.

XXXIX. Ἐνθενδε ὄρμη-  
θέντες, εἰς Ἱέρατιν πόλιν  
ἀφίκοντο, ἐς χῶρον οἰκού-  
μενον· ἐπτακόσιοι καὶ πεν-  
τήκοντα στάδιοι ὁ πλόος· ὡρ-  
μισθησαν δὲ ἐν διώρυγι ἀπὸ  
τοῦ ποταμοῦ ἐμβεβλημένη ἐς  
θάλασσαν, ἣ ὄνομα ἦν Ἱερά-  
τεμις. Ἄμα δὲ ἡλίῳ ἀνίσχον-  
τι παραπλεύουσιν ἐς ποταμὸν  
χειμάρροον, ὄνομα Πάδαγρον

XXXIX. Inde rursum sol-  
ventes ad Hieratin oppi-  
dum habitatum, DCCL sta-  
dia emensi, appulsi sunt,  
classemque in fossa ex flu-  
mine illac in mare deducta,  
cui nomen Heratemis erat,  
collocarunt. Postero die  
sub auroram ad torrentem  
amnem, Padagrurn nomi-  
ne, appellunt. Totus is

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXXIX.

2. Πάδαγρον — ex Optimo et alio pro vulgato Πάδαργον.  
Sic etiam Facius.



ὁ δὲ χώρος χερρῶν ἄπας· tractus peninsula est. in eo  
καὶ ἐν αὐτῷ κήποι τε πολλοί, hortos quamplurimos ar-  
καὶ ἀκρόδρυα παντοῖα ἐφύε- boresque pomiferas omnis  
το· ὄνομα τῷ χώρῳ Μεσαμ- generis repererunt. No-  
βρίη. Ἐκ Μεσαμβρίας δὲ ὄρ- 3 men illi tractui est Me-  
μηθέντες, καὶ διεκπλώσαντες fambria. Ex Mesambria  
σαδίους μάλιχα ἐς διηκοσίους, digressi, et stadia circiter  
ἐς Ταόκην ὁρμίζονται ἐπὶ πο- cc emensi in Taocen ad  
ταμῶν Γράνιδι· καὶ ἀπὸ τού- Granidem fluvium perve-  
του ἐς τὸ ἄνω Περσῶν βασί- nerunt. Ab hujus flumi-  
λεια ἦν, ἀπέχοντα τοῦ ποτα- nis ostio cc fere intror-  
μοῦ τῶν ἐκβολέων σαδίους ἐς sum stadia Perfarum regia  
διηκοσίους. Κατὰ τοῦτον τὸν 4 est. In hac navigatione  
παραπλοῦν λέγει Νέαρχος Nearchus balaenam abs se  
ὄφθῆναι κῆτος ἐκβεβλημένον visam esse scribit, quae  
εἰς τὴν ἡίονα· καὶ τοῦτο προσ- in littus ejecta erat: nau-  
πλώσαντας τινὰς τῶν ναυτῶν tasque nonnullos istuc ad-  
ἐκμετρήσαι, καὶ φάναι εἶναι navigantes, eam mensos,  
πήχεων πεντήκοντα· δέρμα 5 retulisse quinquaginta cu-  
δὲ αὐτῷ εἶναι φολιδωτὸν, bitorum esse. pellem ejus  
οὔτω τι ἐς βάθος ἦκον, ὡς corticatam fuisse, adeoque  
καὶ ἐπὶ πῆχυν ἐπέχειν· ὅσραά altam, ut quibusdam lo-

4. πεντήκοντα — Lege ἐννεμήκοντα, et ita vere libri nostri (Gandensis et Richelianus). Jam supra (ad c. 30. extr.) attigimus, balaenas vulgo fuisse orgyiarum viginti quinque, aut juxta Strabonem viginti trium. Prior mensura conficit cubita centum, posterior nonaginta duo. At πήχεις πεντήκοντα implent tantum orgyias duodecim cum dimidia, e quibus una usque ad quatuor cubita extenditur. *Blanc.* Gronovius ex suis Codd. nihil notavit, et primae edit. cum versione Facii, omnes habent L. Unde nihil mutavi, nec necesse est, omnes balaenas tantae fuisse magnitudinis.

τε καὶ λοπάδας καὶ Φυκία  
 πολλὰ ἔχειν ἐπιπεφυκότεα·  
 καὶ δελφίνας λέγει ὅτι καθο-  
 ρῶν ἦν πολλοὺς ἀμφὶ τῷ κή-  
 τει, καὶ τοὺς δελφίνας τῶν  
 ἐν τῇ ἕσω θαλάσῃ μέζονας.  
 Ἐνθεν δὲ ὀρμηθέντες, κατὰ 6  
 γονται ἐς Ῥώγωνιν ποταμὸν  
 χειμάρρουν, ἐν λιμένι εὐόρ-  
 μῳ· μῆκος τοῦ παράπλου  
 σαδίοι διηκόσιοι. Ἐνθενδε τε 7  
 τρακοσίους σαδίους διεκπλώ-  
 σαντες, αὐλίζονται ἐν ποτα-  
 μῷ χειμάρρῳ· Βρίζανα τῷ  
 ποταμῷ ὄνομα· ἐνταῦθα χα-  
 λεπῶς ὠρμίσαντο, ὅτι ῥηχίη  
 ἦν, καὶ βράχεια, καὶ χοιρά-  
 δες ἐκ τοῦ πόντου ἀνεῖχον·  
 ἀλλ' ὅτε ἡ πλημμύρα ἐπήει, 8  
 τότε ὠρμίσαντο· ὑπὸ νοσή-  
 σαντος δὲ τοῦ ὕδατος, ἐπὶ  
 ξηρῷ ὑπελείφθησαν αἱ νῆες·  
 ἐπεὶ δὲ ἡ πλημμυρίς ἐν τάξει  
 ἀμείβουσα ἐπῆλθε, τότε δὴ  
 ἐκπλώσαντες ὀρμίζονται ἐπὶ  
 ποταμῷ· ὄνομα δὲ τῷ ποτα- 9  
 μῷ Ἄροσις, μέγιστος τῶν πο-  
 cis cubiti unius crassitu-  
 dine esset; multa etiam  
 ostrea et lopades, mul-  
 tamque algam annatam ei  
 fuisse: delphines quoque  
 circa belluam visos mul-  
 tos, majores quam inter-  
 num mare fert. Inde pro-  
 fecti ad Rhogonim fluvium  
 torrentem, in tutum por-  
 tum se recipiunt, cc sta-  
 dia emensi. Ab hoc flu-  
 mine cccc stadia progressi  
 ad alium similem amnem,  
 Brizana dictum, devene-  
 runt. Ibi difficili statione  
 sunt usi, quod mare aestuo-  
 sum et frequentia vada et  
 scopuli ad mare essent. Ac-  
 cedente itaque aestu por-  
 tum ceperunt: recedente,  
 in vado haerebant. Mox  
 reciprocante aestu statis vi-  
 cibus enavigantes, ad Aro-  
 sin fluvium constiterunt.  
 Maximum hunc fluvium Ne-  
 archus esse scribit omnium,

5. Cod. V. Stephani habebat ἐν τῇ ἑώτῃ θαλάσῃ.

6. Ῥώγωνιν, ex Optimo pro Ῥάγωνιν.

9. Ἄροσις — ex Optimo. In uno invenit Gronovius Ἄροισις, unde forte quis scribendum esse putavit Ἄροσις, ut vulgo

ταμῶν, ὡς λέγει Νέαρχος, qui per hanc navigatio-  
 ὄσοι ἐν τῷ παράπλω τῷδε ἐμ- nem in exterius mare in-  
 βάλλουσιν ἐς τὸν ἕξω πόντον. fluunt.

vulgo hoc loco legitur. Codex Vet. Stephani habe-  
 hat: ἐπὶ ποταμῶν Ἄροισι, μεγίστη ποταμῶν, pro: ἐπὶ ποταμῶν.  
 ὄνομα δὲ τῷ ποταμῶν Ἄροισι, μέγιστος τῶν ποταμῶν.

ANIMADVERSIONES AD CAP. XXXIX.

*Arg. Hieratis urbs, et fossa Heratemis; fluvius Pada-  
 grum, et regio Mesambria; Taoke et fluvius Granis;  
 balæna mortua descripta; Rhogonis et Brizana torren-  
 tes; fluvius Ares.*

1. Ἡράτεμις] Fossa, in  
 cujus ostio classis stationem  
 habuit, sine dubio derivata  
 erat e fluvio, qui venit a  
 Kazerun, principe ejus re-  
 gionis urbe, a cujus nomi-  
 ne Vinc. pag. 361. factum  
 censet Arriani Hieratin, An-  
 glorum Zesarine, et Geo-  
 graphorum Turcarum Kie-  
 razin. Fluvius est fortasse  
 idem, quem Thevenot vo-  
 cat Aghine.

2. Μεσαμβρίη] nunc Abu-  
 Shaehr apud Niebuhr; vel  
 Busheer, Rusheer, Rilscher.  
 Nomen Mesambria Vincent  
 pag. 365. factum esse conji-  
 cit ex Mesen-bar-ia, quod  
 significat Chersonesum. Tor-  
 rens nunc adhuc ibi est.  
 Regionem fertilem esse alii  
 affirmant, alii negant. Por-  
 tus commodus est.

3. Γράνιδι] Hunc fluvium  
 d'Anville eundem censet

cum fluvio Boschavir, quem  
 Thevenot describit tanquam  
 magnum et profundum flu-  
 vium. Taoke respondet lo-  
 co Tauag, quem Geogra-  
 phus Nub. non ad littus, sed  
 paulo superius ad flumen  
 ponit. Taoke a Ptolemaeo  
 (VI, 4. cui Taoke promon-  
 torium est, a quo regio  
 quaedam Perfidis nomen  
 Taokene habeat) magis se-  
 pentrionem versus colloca-  
 tur. Strabo lib. XV. p. 501.  
 eundem locum vocare vi-  
 detur τὴν Ὀκην, ubi forte le-  
 gendum est Ταόκην, ut recte  
 conjicit Mannert pag. 531.  
 Sed etiam primae editiones  
 Arriani et Cod. Bodl. va-  
 riant nomen, legentes τὴν  
 Τώκην. Strabo addit quo-  
 que, fuisse sedem aliquam  
 regiam Perfarum in hac ora  
 maritima circa Oken, de  
 qua hoc loco intelligendus  
 est Arrianus. Sj Heeren V.  
 Cl.

Cl. (vid. Gött. gel. Anz. pag. 673. ann. 1797.) legendum censet *σαδίας ἐς χιλίας καὶ διηκοσίας*, locum minus recte de urbe Persepoli intelligit, quae XXX mill. germ. a mari distat. Ad ostium Granidis nunc est oppidum Nuchlat. Granis venit ab urbe Grâ, teste Niebuhr, Vol. II. p. 91. Interiora regionis ignota sunt. cf. Vinc. pag. 368. Plin. VI, 23 Granidum modicarum navium capacem esse dicit, at male eum per Sufianam fluere addit.

4. *εἰς τὴν ἠϊόνα*] Credendum est, hanc balaenam in littoribus quidem, at non in sicco, sed prope littus in brevibus jacuisse, quia et nautae adnavigantes balaenam emetiebantur, et multi delphines circum eam videbantur.

5. *λοπάδας*] *λοπάς* vel *λεπὰς* est genus conchae marinae; *ἢ ἔσω θάλασσα* est mare mediterraneum.

6. *Ῥώγωνιν*] hodie Bender-Regh, vel Bundereek, quod nomen indicat portum arenosum, et omnia ibi arena tecta sunt. Urbs ibi est juxta mare aedifica-

ta, et fossa angusta et longa, sed non profunda. Portus est inter littus et insulam non procul a littore. In syllaba Regh (id est: arenosus) invenit Vincent vestigium nominis Arrianei Rhogonis et fluminis, quem Ptolemaeus appellat Rhogomanis. Vinc. pag. 370.

7. *Βρίζανα*] in Ptolemaeo Brizoana, forte fluvius Dalem, quia est a septemtrione Promontorii Bang vel Bank. Vinc. pag. 376. Sed littus hoc parum cognitum est. *ρήχιν* hoc loco non est recessus maris, ut putat Raphaelius, sed ut plurimis in hoc libro locis, mare aestuosum (*eine Brandung*) quod fit propter breviam et scopulos.

9. *Ἄρης*] apud Ptolemaeum et Plinium Oroatis, apud Strabonem etiam Oroates, apud Persas Tab, id est: fluvius *παρ' ἐξοχὴν*. Nunc Endian, a pago Endian superius ad flumen sito. Major est reliquis Persidis fluvibus, quia montes, unde fluit, longius a mari absunt, et plures itaque minores fluvios in eum confluere putandum est. cf. Vinc. p. 378. 199.

XL. Μέχρι τοῦδε Πέρσαι 1 οἰκέουσι· τὰ δὲ ἀπὸ τούτων, Σουσίοι. Σουσιῶν δὲ ἄλλο γένος αὐτόνομον κατ' ὑπερθε προσοικέει· Οὕξιοι καλοῦνται· ὑπὲρ ὅτων λέλενταί μοι ἐν τῇ ἄλλῃ ξυγγραφῇ, ὅτι λησαί εἰσι. Μῆμος τοῦ παρὰ πλου τῆς Περσίδος χώρας, ζάδιοι τετρακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι. Τὴν δὲ Περσίδα 2 γῆν, τριχῆ νενεμῆσθαι τῶν ὠρέων, λόγος κατέχει. τὸ μὲν αὐτῆς πρὸς τῇ ἐρυθρῇ θαλάσῃ οἰκούμενον, ἀμμῶδες τε εἶναι καὶ ἀκαρπov ὑπὸ καύματος· τὸ δὲ [ἐπιτελέως] 3 πρὸς ἄριτον τε καὶ Βορέην ἄνεμον ἰόντων, καλῶς κερᾶσθαι τῶν ὠρέων· καὶ τὴν χώραν ποιῶδεά τε εἶναι, καὶ

XL. Ad hunc amnem usque Persae habitant: ulterius Sufii incolunt. Supra Sufios autem gens alia libera habitat, Uxii, quos in superiori opere latrocinia exercere diximus. Univerfa Persidis ora stadia IIII M, cccc efficit. Porro totius Persicae regionis temperaturam tripliciter dividi fama est. Nam quae pars ejus ad mare rubrum sita est, arenosam ac sterilem ob aestum esse. Quae vero ad septentrionem et borealem plagam jacet, constitutionem coeli temperatam habere, regionemque ipsam herbosam, multa irrigua prata, multasque vites habere, at-

NOTAE CRITICAE AD CAP. XL.

1. Σκσιῶν δὲ ἄλλο γένος — ex Optimo pro Σκσιῶν δὲ ἔθνος. Voce γένος eodem modo utitur Arrianus cap. 7. et c. 25, ut observat Gronovius.
2. τριχῆ — MS. Bodl. τριχῆ, quod magis ionicum, unde revocavi.
3. ἐπιτελέως — Haec vox me offendit. Si vertis, ut debes, tandem, denique, vel cum Vulcanio omnino, omnia non apta sunt, quia de secunda, non tertia, regione sermo est. Vellem significare posset deinde, sed ejus significationis exempla non habeo. Conjicio ἐπειτα ἕως, vel ὡς, ubi litterae saltem proxime conveniunt.

λειμῶνας ὑδρηλοὺς καὶ ἄμπε-  
 λον πολλὴν φέρειν, καὶ ὅσοι  
 ἄλλοι καρποὶ, πλὴν ἐλαίης·  
 παραδείσοις τε παντοίοις τε 4  
 θηλέναι, καὶ ποταμοῖσι κα-  
 θαροῖσι διαρρέεσθαι, καὶ  
 λίμνησι, καὶ ἔρσισιν ὁκόσοισιν  
 ἀμφὶ ποταμούς τε καὶ λίμνας  
 ἐστὶ τὰ ἡθεα· βουσί τε ἀγα-  
 θὴν εἶναι καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν  
 ὑπόζυγίοισι νέμεσθαι, καὶ  
 ὑλώδεά τε πολλαχῆ καὶ πο-  
 λύθηρον· τὴν δὲ πρόσω ἔτι 5  
 ἐπ' ἄρκτον ἰόντων, χειμε-  
 ρίην τε καὶ νιφετώδεα· ὥστε  
 πρέσβεις τινὰς ἐκ τοῦ Εὐξεί-  
 νου πόντου λέγει Νέαρχος  
 κάρτα ὀλίγην ὁδὸν διελθόν-  
 τας, ἐντυχεῖν καθ' ὁδὸν ἰόντι  
 τῆς Περσίδος καὶ θῶμα γε-  
 νέσθαι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ εἰ-  
 πεῖν Ἀλεξάνδρῳ τῆς ὁδοῦ τὴν  
 βραχύτητα. Σουσίῳ δὲ 6  
 πρόσκοι ὅτι εἰσὶν οἱ Οὐξιοί,  
 λέλειπται μοι· κατὰπερ Μάρ-  
 δοι μὲν Πέρσησι προσεχέες  
 οἰκέουσι, λησαὶ καὶ οὗτοι·

que adeo omne genus fru-  
 ctuum, excepta olea. Hor-  
 tis enim amoenissimis flore-  
 re, fluviisque limpidissimis  
 irrigari, ac lacubus, omni-  
 que genere avium, quae cir-  
 ca flumina aut lacus versari  
 solent, abundare: bovis  
 etiam aliisque jumentis pa-  
 scendis idoneam esse, fyl-  
 vosam praeterea multis lo-  
 cis esse, venatuique aptif-  
 simam. Eam autem, quae ad-  
 huc magis in septentrionem  
 vergit, frigidam ac niva-  
 lem esse: Nearchus legatos  
 quosdam ab Euxino ponto,  
 brevissimo itinere profectos,  
 Alexandro Perfidem trans-  
 euntí obviam venisse scribit.  
 Idque Alexandro permirum  
 visum fuisse, brevitate viae  
 ex ipsis cognita. Quod vero  
 Sufiis finitimi sint Uxii,  
 antea a nobis dictum est.  
 quemadmodum et Mardi (la-  
 trones etiam ipsi) Perfias,

4. Ἰπποσί τε ἀγαθὴν — Opt. βουσί τε, quod non modo me-  
 lius convenit cum ὑπόζυγίοις, sed quod Persia vix dici  
 queat equorum ferax, quum hos Media ei suppedita-  
 ret, ut notum est. Gron. Recepti lectionem Optimi.

6. Πέρσησι — Opt. habet Περσασίοις.

Κοσσαῖοι δὲ, Μήδοισι. Καὶ 7 Cossaei Medos accolunt. ταῦτα πάντα τὰ ἔθνεα ἡμέ- Quas quidem gentes omnes  
ρωσεν Ἀλέξανδρος, χειμῶνος Alexander domuit. hyeme  
ῶρη ἐπιπεσὼν αὐτοῖσιν, ὅτε eas adortus, quando regio-  
ἄβατον σφῶν τὴν χώραν ἤγον· nem suam adiri nulla ratio-  
καὶ πόλιος ἐπέκτισε, τοῦ μὴ 8 ne posse putabant. Urbes  
νομάδας ἔτι εἶναι, ἀλλὰ ἀρο- quoque iis condidit, ne jam  
τῆρας καὶ γῆς ἐργάτας, καὶ amplius vagarentur, sed ara-  
ἔχειν ὑπὲρ ὄτων δειμαίνοντες, tores agricolaeque essent,  
μὴ κακὰ ἀλλήλους ἐργάσων- utque quum pro quibus me-  
ται. Ἐνθὲνδε τὴν Σουσίων tuerent haberent, ab injuria  
γῆν παρήμειβεν ὁ στρατός. Καὶ 9 ac vi alter alteri inferenda  
ταῦτα οὐκέτι ὡσαύτως ἀτρε- abstinerent. Inde Sufiorum  
κέως λέγει Νέαρχος ὅτι ἐσὶν regionem praetervectus est  
οἱ ἐκφράσαι, πλὴν γε δὴ τοὺς exercitus. De hac navigatio-  
ὄρμους τε καὶ τὸ μῆκος τοῦ ne Nearchus se non ita certa  
πλόου· τὴν χώραν τε γὰρ 10 narrare posse scribit, praeter-  
τεναγώδεά τε εἶναι τὴν πολ- quam portus, et longitudi-  
λὴν, καὶ ῥηχίησιν ἐπὶ μέγα nem navigationis. Nam il-  
ἐς τὸν πόντον ἐπέχουσαν καὶ lum maris tractum maximam  
ταύτην σφαλερὴν ἐγκαθορμί- partem esse vadofum et bre-  
neque citra periculum por-

8. ἀλλήλους — Legendum forte ἄλλες; nempe peregrinos, mercatores, per vel prope montes eorum iter facientes.

παρήμειβεν ὁ στρατός. — ex MSS. omnibus atque primis editis pro παρήμειβε καὶ ὁ στρατός. Sic etiam mox ex iisdem emendavit Raphelius, scribens ὡσαύτως ἀτρεκέως, pro ὡσαύτως καὶ ἀτρεκέως.

9. ἐκφράσαι, ex Opt. pro simpliciter.

10. ἐς τὸν πόντον ἐπέχουσαν — Hoc loco MS. Opt. ἐπέχουσαν. Et sane hoc verbo utitur in describendis cornibus ac promontoriis in mare prominentibus, quum ἐπέχουσαν usurpetur de sinu terram intrante. Gron. Optimum sequutus sum. Mox erat vulgata: καὶ ταύτην σφαλερὴν

ζεσθαι\* πελαγίοισιν ὧν σφίσι τὴν κομιδὴν τὸ πολὺ γενέσθαι\* ὄρμηθῆναι μὲν δὴ ἐκ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολέων, ἵνα περ ἑυλίσθησαν, ἐπὶ τοῖσιν οὐροῖσι τῆς Περσίδος\* ὕδωρ δὲ ἐμβάλλεσθαι πέντε ἡμερέων\* οὐκ ἔφασκον γὰρ εἶναι ὕδωρ οἱ καθηγεμόνες τοῦ πλοῦ.

tum e mari capi posse. Quare ipsis cursum in alto ut plurimum fuisse. Solviffe vero se ex faucibus amnis, ubi ad fines Persidis confederant, et aquam in quinque dies recepisse, quia duces navigationis monuerant, aquam in iis partibus non reperiri.

ἐγκυθορμίζεσθαι πελαγίοισιν, ὧν σφίσι τὴν κομιδὴν τὸ πολὺ γίνεσθαι. In his, Gronovio jubente, interpunctionem ita emendavi, ut vides in contextu; ὧν pro ὧν praebebat Optimus; utrum etiam γενέσθαι pro γίνεσθαι, non monuit Gronovius. Idem vero, nisi forte error est oculorum, pro ὄρμηθῆναι scripsit ὄρμισθῆναι. At non hoc sed vulgata solummodo vera est.

II. ἐκβολέων — Veneta et Bas. habent ἐς βολέων. Deinde ex iisdem restitui οὐροῖσι, pro quo Vulc. et Blanc. habent ὄροιςι et Gronov. ἔροιςι, quod utrumque ionicum non esse jam monuit Raphaelius.

#### ▼ ANIMADVERSIONES AD CAP. XL.

*Arg. Longitudo navigationis praeter Persidem; triplex divisio Persidis. Uxii, Mardi et Cossaei, montium incolae, ab Alexandro victi. Navigatio praeter Sufianam.*

I. Σούσιοι] De Sulis et Sufiana, nunc Ahwaz vel Haviza, videatur Strabo XV. pag. 502. et Vinc. pag. 415. sqq. De Persarum moribus

vide Strahonem XV. pag. 504. ad finem. De Uxiis vide ad sect. 6.

τετρακίσιοι καὶ τετρακισχίλιοι.] Numeraverat Arrianus

a Cataea ad Ila — — — — 400 stad.

ab Iliis ad insulam Schitwar (deest numerus.

Vincent concedit 320 stadia.)

ab insula ad littus ab oriente fluvii Darabin 40

inde ad Ochum (deest. Vincent numerat

40 stad.)

ab



ab Ocho ad Apostana	—	—	—	450 stad.
inde ad sinum ad ostium fluvii Nabon	—	—	—	400 "
inde ad Gogana usque	—	—	—	600 "
a Goganis ad Sitacum	—	—	—	800 "
ad Hieratin	—	—	—	750 "
inde ad Mesambria (deest. Vincent concedit 400 stadia.)				
inde ad Taoken	—	—	—	200 "
inde ad Rhogonim	—	—	—	200 "
et ad Brizana	—	—	—	400 "
inde ad Arosim (deest. Vincent numerat 800 stad.)				
				4240 stad.

Si addis 1560 stadia (tot enim substituit Vincent, ubi stadia in Arriano deficiunt) habes 5800. Sed etiam hic numerus vero minor est. 5800 stadia aequalia sunt  $362\frac{1}{4}$  mill. angl. Littus vero saltem 382 mill. anglica longum est. Desunt igitur saltem 20 mill. vel 320 stadia. Sed hoc non est multi momenti, praecipue apud veteres in metiendis negligentiores. Restant etiam in singulis numeris stadiorum, quibus distantiae singulorum locorum describuntur, difficultates, in quibus sudare inutile duxi. Strabo ex eodem fonte lib. XV. pag. 500 numerat 4400 vel 4300 stadia. Plin. VI, 25. numerat 550 mill. pass. quod ut invenit d'Anville, aequale est 4400 stad. Vid. Vinc. p. 379.

2. *τριχᾶ*] eandem divisionem habet Strabo p. 500. lib. XV. et Dionysius Periegetes.

3. De pleonasmō *ἰόντων* scripsi ad Expedit. I, 1, 9. In hoc libro adfuit supra c. 3, 2. et mox adest sect. 5.

4. *λίμνησι*] Dicit fortasse lacum Baktegian, et alium minorem Schiraz.

5. *νιφετάδευ*] Prima regio, nostrum Kermesir, hodie adhuc est, ut fuit olim. Secunda per omne tempus, quam diu ibi bene regebantur provinciae, floruit et celebrata est; nunc bellis et saevitia eorum, qui regionem expugnabant, omnis jacet vastata et inculta. Tertia septentrionem versus montana est, aër frigidus, montes nivibus tecti. Hi montes dirimunt Persidem a Media, si hoc nomen largo sensu sumis. cf. Vinc. pag. 382.

*κάρτα ὀλίγην ἑδὸν διελευσῆται*] Hinc patet, quam septentrionalis illa pars sit, quod tam prope absit a ponto Euxino. *Raph.* Mihi haec

de legatis fabulosa videntur; nam Pontus Euxinus non parum a Persia Coele distat. Tolerabilior esset narratio, si legati a mari Caspio venirent. Sed et sic narratio fidem non habet. Quis crederet, Alexandrum ignorasse, supra Persidem esse Paraetacenen et Mediam et Hyrcaniam, per quas ipse aliquando, cum Darius persequeretur, ex Perside iter incipiens, proficisceretur?

6. ἀλέκται μοι] supra sect. 1. et in Exped. III, 17. Uxios subiecit Alexander, dum post proelium apud Gaugamela ex Babylonia et Susiana in Persidem transiret. Dividebantur in Uxios campestris, qui Satrapae Persidis parebant, et Alexandro sine bello se dedebant; et in Uxios montanos, de quibus hic intelligendus est Arrianus. Vocantur nunc Asciae et habitabant in meridionali parte montium, qui Persidem et Susianam cingunt, et quidem inter Aren et Pasitigrim vel Eulaeum. Duobus enim his nominibus in Arriano idem fluvius designatur. Uxii montani describuntur ut vagabundi et pastores, quibus praeter pecora nullae opes erant. Quomodo eos subegerit Alexander, hieme 329-330 ant. Chr. vide in Exped. Alex.

III, 17. cf. Diod. XVII, 67. Curt. V, 3. et Mann. Tom. V. P. II. pag. 491.

*Mardi*, quos Arrianus describit tanquam pauperes et fortes montium incolas et victos ab Alexandro sub finem aestatis 329 ant. Chr., habitabant prope mare Caspium, et vicini sunt Tapurorum, (cf. Arr. Exped. III, 24.). Hos Persarum vicinos vocari non posse liquet. At de aliis tamen *Mardis* in Expeditione ne verbum est, et quod mirum, Tapuri adeo (lib. VII, 23, 1.) Persarum vicini vocantur, sicut *Cossaei*; quod ultimum sine dubio falsum. Curtius de duabus gentibus, *Mardorum* nomine, loquitur; alteram vicit Alexander ex Persia in eam invadens, media hieme, (V, 6, 17.). Hi sunt, de quibus nostro loco intelligendus est Arrianus. Alteram demum post Darii mortem. Hanc appellat Curtius gentem vicinam Hyrcaniae (VI, 5, 11.). De hac intelligendus est Arrianus in Expeditione. Ptolemaeus quoque duas gentes nomine *Mardorum* distinguit; alteram collocat long. 78, 40. vel 79, 0. lat. 39, 40. vel 40, 0. alteram long. 93, 30. lat. 39, 0. *Mardi*, qui Persis vicini, eorundem montium, in quibus erant *Cossaei* et *Uxii*, partem incoluisse videntur, nisi

nisi forte Mardi et Uxii montani eadem gens sunt, diverso nomine appellata. Cf. nota ad Exped. III, 24, 1. Diod. Sic. XVII, 76. Promiscue scribebantur Μάρδοι et Ἀμαρδοι, Strabone lib. XI. teste.

*Cossaei* etiam in Exped. VII, 15, 1. Uxiorum vicini vocantur, montium incolae et latrones. Hos vicit et subegit Alexander post Hephaestionis mortem hieme 325 - 324 ant. Chr. Nunc vocantur Coss's, in septentrionali montium parte, qui Perfidem cingunt habitantes; unde plerumque Mediae gentibus adnumerantur. Cf. Plut. V. Al. c. 72. Diod. Sic. XVII, 111. Polyæn. IV, 3, 31, ubi Scossaei vocantur.

λησαί καὶ οὔτοι] sc. sicut Uxii.

10. ἐρηχίησιν] Hoc vocabulum non de scopulis, sed de brevibus arenosis vel potius limosis, praecipue iis, quae Ali-Meidan vocantur, intelligendum est. In illa regione ne lapis quidem est. Delta vero Susianae, cujus

nomen generale nunc Gaban est, dividitur nunc septem fluminibus, quorum nomina vide apud Vinc. p. 393, ubi longus est Vincent de hac regione. Tria horum alveorum, superato littore, per brevina procedunt, inter 12 et 17 mill. angl. a littore in mari porrecta. Sicca relinquuntur fere nunquam, et ne refluxus quidem tempore. Sita sunt inter Pasitigrim et Euphratis ostium (Khoré Abdillah) et nunc vocantur Ali-Meidan. Secunda brevina sunt inter Pasitigrim et Cataderbin, nunc Carabah vocata; tertia sunt inter Arosin, vel Aren, et Cataderbin, non magna, Barcan vocata. Praeter haec tria brevina, i. e. praeter littora Susianae tribus diebus a classe navigatum est.

πελαγίοισιν] Eodem sensu πελάγιος usurpatur Polyb. lib. I. c. 26. τὸν πλοῦν εἶναι πελάγιον, in alto tenendum cursum; et c. 28: πελαγίαν ἐποιᾶντο τὴν ὑποχώρησιν, in altum fuga se recipiunt. Item cap. 37. *Raph.* Etiam cap. 43, 3.

XLI. Σταδίους δὲ πεντακοσίους κομισθέντες, ὁρμίζονται ἐπὶ σώματι λίμνης ἰχθυώδεος, ἧ ὄνομα Κατά-

XLI. Quumque ad quingenta stadia provecti essent, ad fauces piscosae cujusdam lacus, qui Cataderbis dice-

δερβις· καὶ νησίς ἐπὴν τῷ ζό-  
 ματι· Μαργάσανα τῇ νησίδα  
 οὔνομα. Ἐνθένδε δὲ ὑπὸ τὴν 2  
 ἔω ἐκπλώσαντες, κατὰ βρά-  
 χεα ἐκομίζοντο ἐπὶ μιῆς νεώς·  
 πασσάλοισι δὲ ἔνθεν καὶ ἔν-  
 θεν πεπηγόσιν ἀπεδηλοῦτο τὰ  
 βράχια, κατὰπερ ἐν τῷ μεσ-  
 σηγύς Λευκάδος τε νήσου  
 ἰσθμῷ καὶ Ἀκαρνανίης ἀπο-  
 δέδεικται σημεῖα τοῖσι ναυ-  
 τίλλομένοισι, τοῦ μὴ ἐπο-  
 κέλλειν ἐν τοῖσι βράχεσι τὰς  
 νέας· ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ 3  
 Λευκάδα, ψαμμώδεα ὄντα,  
 [καὶ] τοῖσιν ἐποκείλασι τα-  
 χεῖν τὴν ὑπονόσησιν ἐνδιδοῖ·  
 κείθι δὲ πηλός ἐστιν ἐφ' ἐκά-  
 τερα τοῦ πλεομένου βαθύς  
 καὶ ἰλυώδης· ὡς τε οὐδεμίῃ  
 μηχανῇ ἐποκείλασιν ἦν ἀπο-  
 σωθῆναι. Οἱ τε γὰρ κοντοὶ 4  
 κατὰ τοῦ πηλοῦ δύνοντες, ἀν-  
 τοὶ οὐδὲν τι ἐπωφέλου, ἀν-  
 batur, confiterunt. Exi-  
 gua ad hujus lacus fauces  
 infula adiacebat, quam Mar-  
 gasthanam vocant. Inde sub  
 auroram solventes, per va-  
 da navigarunt singulis navi-  
 bus. Pali hinc inde fixi  
 vada ostendebant, perinde  
 atque apud isthmum inter  
 Leucadem infulam atque  
 Acarnaniam signa quaedam  
 navigantibus exposita sunt,  
 ne naves in vada impingant.  
 Caeterum vada apud Leu-  
 cadem fabulosa sunt, ideo-  
 que impactis facilem recep-  
 tum concedunt. Verum  
 hic limus est ab utraque  
 parte loci, in quo navi-  
 gatur, profundus et tenax,  
 adeo ut naves impactae nul-  
 lo artificio evelli possint.  
 Contis enim in limo subfi-  
 dentibus nihil proficiebatur.

## NOTAE CRITICAE AD CAP. XLI.

2. ἐνθένδε δὲ ὑπὸ τὴν ἔω — ex Opt. pro vulgato ἐνθένδε ἐπὶ τὴν ἔω.
3. ψαμμώδεα ὄντα, καὶ τοῖσιν — In his a mala manu inserta mihi videtur copula, cujus rei in hoc libello plura fuerunt exempla, ex. c. c. 40, II. in primis editis legitur καὶ πέντε ἡμερέων, et cf. nota ad 40, 8. Ea ejecta constructio plana est.

θρώπων τε ἐκβῆναι τοῦ ἀπώ-  
σαι τὰς νέας ἐς τὰ πλεόμενα,  
ἄπορον ἐγένετο· ἔδνον γὰρ  
κατὰ τοῦ πηλοῦ ἔστε ἐπὶ τὰ  
σήθεα. Οὕτω δὴ χαλεπῶς 5  
διεκπλώσαντες ἐς σαδίους ἑξα-  
κοσίους, κατὰ ναῦν ἑκακοὶ ὀρ-  
μισθέντες, ἐνταῦθα δείπνου  
ἐμνήσθησαν· τὴν νύκτα δὲ 6  
ἤδη κατὰ βάθεα ἔπλεον, καὶ  
τὴν ἐφεξῆς ἡμέρην ἔστε ἐπὶ  
βουλυτόν· καὶ ἦλθον σαδίους  
ἑννακοσίους· καὶ καθωρμί-  
σθησαν ἐπὶ τῷ σώματι τοῦ  
Εὐφράτου, πρὸς κώμη τινὶ  
τῆς Βαβυλωνίης χώρας· ὄνομα  
δὲ αὐτῇ Διριδωτίς· ἵνα λιβα- 7  
νωτόν τε ἀπὸ τῆς ἐμπορίας  
γῆς οἱ ἔμποροι ἀγνέουσι, καὶ  
τὰ ἄλλα ὅσα θυμιάματα ἢ  
Ἀράβων γῆ φέρει. Ἀπὸ δὲ 8  
τοῦ σώματος τοῦ Εὐφράτου  
ἔστε ἐς Βαβυλῶνα, πλοῦν  
λέγει Νέαρχος σαδίους εἶναι  
ἐς τρισχιλίους καὶ τριακοσίους.

Neque nautae navibus egre-  
di ad eas vadis evellendas  
poterant. quod limus vesti-  
giis cedens eos pectore te-  
nus absorberet. Atque ita  
difficillima navigatione per  
DC stadia usi, singulis sub-  
sistentes navibus, corpora  
curarunt. Noctu vero per  
profundum jam navigarunt,  
totum etiam diem posterum  
in vesperum usque et DCCCC  
stadiis confectis, ad Euphra-  
tis ostia appulerunt, et ad  
pagum quendam Babylo-  
nicæ regionis, cui Dirido-  
tis nomen est, pervenerunt:  
quo mercatores et thus ex  
mercatorum terra et alia  
aromata, quæ fert Arabia,  
adferunt. Ab ostiis Euphra-  
tis Babylonem usque Near-  
chus stadiorum III M CCC  
statuit.

4. ἀπῶσαι — h. e. extrudere in partem navigationis ca-  
pacem, ex Opt. pro ἀποσῶσαι.
5. ἐς σαδίους — ex Opt. Vulgo deest ἐς.
6. ἐπὶ τῷ σώματι — ex Opt. pro ἐπὶ τῷ σώματος.
8. ἔστε ἐς Βαβυλῶνα — ex Optimo pro ἔστε Βαβυλῶνα. De-  
inde pro καὶ τριακοσίους Veneta et Basil. habent καὶ τριά-  
κοντα. Strabo, ex Nearcho, dicit πλείονων ἢ τρισχιλίων.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. XLI.

*Arg. Cataderbis, Margastana; brevia periculosa; Ostium Euphratis; Diridotis.*

1. Κατάδεξις] Hoc nomen alludit ad nomen insulae, quae nunc vocatur Deree, et Margastana ad nomen regionis, quae vocatur Dorgestan. Sunt vero ibi plures insulae. Huc referenda est Dera Ptolemaei. Vinc. pag. 421.

2. Leucas, hodie St. Maura; Acarnania pars Graeciae inter Epirum et Aetoliam.

3. ἐνδιδοῖ] Naves contis erant inde eripiendae atque promovendae, quod facile erat in firmo solo, et in quo contis niti possent; cum e contrario in alteris illis vadis contis nihil proficeretur in limo subsidentibus. *Raph.*

4. ἐπὶ τὰ σήθρα] Haec conditio brevium ab Arriano, Ptolemaeo, Plinio, Marciano, Al-Edrisi et Thevenot eodem modo describitur. Vinc. pag. 424. De palis circa ostium fluvii Karun in brevibus infixis loquitur etiam Thevenot.

5. κατὰ ναῦν ἑκαστοὶ ὀρμισθέντες] singulis navibus subsistentes, uti et navigarant. Ita κατ' ἀνδρα dicitur viritim. IV, 29, 13. et VI, 27, 14. Polybius lib. I, 26. μίαν ἀδιδί: τάτων δὲ ἑκατέρωσιν συνεχεῖς κατὰ μίαν ναῦν ἐπιτάττοντες,

a tergo utriusque harum naves singulas continua serie constituentes. *Raph.*

ἐνταῦθα] i. e. in Khore Wastah, ut vult Vincent pag. 425, i. e. in eo alveo, qui ab oriente proximus est fluvio Karun. Ibi terminantur brevia Karabah.

6. κατὰ βύθρα] sc. praeter marginem brevium Alimeidan. Quam diversi sint numeri recentiorum, qui milliariis geographicis descripserunt distantiam inter Khore Abdillah et Khore Wastah, vide apud Vinc. pag. 426. Differunt inter 62. et 34.

Διπίδωτες] Teredon Ptol. et Plinii, sita ad Khore Abdillah; quod est suppositum ostium Euphratis, de quo vide Vinc. pag. 402. et de Euphrate ac Tigri fluvii pag. 391. et Mannert Tom. V. Part. II. pag. 350. Prior in libris Mosaicis vocatur Hu-Pherat, nunc apud accolos Phrat; posterior in Mose Hid - Dekel, nunc Deghel vel Dejel. Olim diversa ostia habuisse videntur, nunc per multa jam saecula conjunguntur circiter 130 mill. angl. a sinu perfico et uno alveo in mare procedunt. Vetus vero alveus Euphratis ficcus est.

*Etiam*

Etiam Strabo XV. pag. 501. non ex Nearcho solum sed etiam Polycleto illud emporium novit, idque ponit ad lacum, in quem Tigris effluit, de quo ad cap. 42, 2. Ex eo emporio, (addit ex Polycleto) pedestri itinere merces in mediterranea translatas esse propter cattarractas de industria in fluminibus factos.

7. ἐμπορία γῆ est proprie regio, quae merces praebet, hic ea regio Arabiae, unde thus affertur, cui κατ' ἐξοχὴν hoc nomen fuisse videtur. Raphelius eandem intelligendam censet, cujus

apud Ezechielem Prophetam c. XVII, 4. fit mentio.

8. ἐς τρισχιλίαις καὶ τριακοσίαις] Non navigavit ea via Nearchus, ut putat Manertus pag. 353, sed occasione data, longitudinem itineris, ab aliis auditam, refert. Sic etiam Strabo XV. pag. 501: „ab ostio Euphratis Babylonem usque navigationem esse per loca bene habitata supra III millia stadiorum.“ et Plin. VI, 26: „Euphrate navigari Babylonem e Persico mari 412 mill. tradunt Nearchus et Onesicritus.“

XLII. Ἐνταῦθα ἀγγέλλεται Ἀλέξανδρον ἐπὶ Σούσων σέλυσσθαι· ἐνθεν καὶ αὐτοὶ τὸ ὀπίσω ἔπλεον, ὡς κατὰ τὸν Πασιτίγρην ποταμὸν ἀναπλώσαντες, συμμίζαι Ἀλεξάνδρῳ. Ἐπλεον δὲ τὸ ἔμπαλιν ἐν ἀρισερᾷ τὴν γῆν τὴν Σουσιδα ἔχοντες· καὶ παραπλέουσι λίμνην, ἐς ἣν ὁ Τίγρης ἐσβάλλει ποταμὸς· ὃς ῥέων ἐξ Ἀρμενίων παρα πόλιν Νῖνον, πάλαι ποτὲ μεγάλην

XLII. Eo loci de Alexandri ad Susa profectioe nuntium acceperunt. Quare ipsi etiam inde retrorsum navigarunt, ut per Pasitigrim fluvium mediterranea petentes cum Alexandro jungerentur. Retro igitur navigantes a laeva Susios habebant, lacumque praetervehuntur, in quem Tigris fluvius decurrit: qui ex Armenia fluens juxta Ninum, ma-

NOTAE CRITICAE AD CAP. XLII.

3. ἐξ Ἀρμενίων — ex Opt. pro ἐξ Ἀρμενίης.

καὶ εὐδαίμονα, τὴν μέσθην  
 ἐωῦτοῦ τε καὶ τοῦ Εὐφράτου  
 ποταμοῦ (ἣν Μεσοποταμίην  
 ἐπὶ τῶδε κληΐζουσθαι) ποιεῖ·  
 ἀπὸ δὲ τῆς λίμνης ἐς αὐτὸν 4  
 τὸν ποταμὸν ἀνάπλους σάδιοι  
 ἑξακίσιοι, ἵνα καὶ κώμη τῆς  
 Σουσιδος, ἣν καλέουσιν Ἀγι-  
 νιν· αὕτη δὲ ἀπέχει Σούσων  
 σαδίους ἐς πεντακισίους· μῆ-  
 κος τοῦ παράπλου τῆς Σου-  
 σίων γῆς ἔστε ἐπὶ σῶμα τοῦ  
 Πασιτίγριδος ποταμοῦ, σά-  
 διοι δισχίλιοι. Ἐνθένδε κατὰ 5  
 τὸν Πασιτίγριν ἄνω ἀνέπλεον  
 διὰ χώρης οἰκουμένης καὶ εὐ-  
 δαίμονος. ἀναπλώσαντες δὲ  
 σαδίους ἐς πεντήμοντα καὶ  
 ἑκατὸν, αὐτοῦ ὀρμίζονται,  
 προσμένοντες οὕστινας ἐσάλκει  
 Νέαρχος σκεφομένους ἵνα ὁ  
 βασιλεὺς εἴη. Αὐτὸς δὲ ἔθυε 6  
 θεοῖς τοῖς σωτήρσι, καὶ ἀγῶ-  
 να ἐποίησε, καὶ ἡ στρατιὴ ἡ  
 ναυτικὴ πᾶσα ἐν εὐθυμίῃσιν  
 ἦν. Ὡς δὲ προσάγων ἦδη Ἀλέ- 7  
 ξάνδρος ἠγγέλλετο, ἔπλεον  
 ἦδη αὐτοῖς ἐς τὸ ἄνω κατὰ τὸν  
 ποταμὸν· καὶ πρὸς τῇ σχε-

gnam olim et opulentam ur-  
 bem, regionem efficit quae  
 inter se et Euphratem media  
 est, ideoque Mesopotamia  
 dicitur. A lacu in ipsum flu-  
 men navigatio est stadiorum  
 DC, ubi et pagus quidam  
 Sufiorum est, quem Aginim  
 vocant. Is a Sufis distat sta-  
 diis quingentis. Longitudo  
 navigationis praeter regio-  
 nem Sufiorum usque ad Pa-  
 sitigris ostium II. M stadio-  
 rum erat. Inde per Pasiti-  
 grim adverso flumine per  
 regionem bene habitatam  
 atque opulentam vecti sunt:  
 confectisque stadiis, CL ibi  
 constiterunt, expectantes  
 reditum eorum quos Near-  
 chus miserat sciscitatu-  
 ro ubinam locorum rex esset.  
 Ipse diis servatoribus sacrum  
 fecit, ludosque edidit, uni-  
 verso exercitu navali in lae-  
 titiam effuso. Postquam ve-  
 ro nuntiatum est Alexan-  
 drum 'appropinquare, rur-  
 sus adverso flumine nitentes

5. ἄνω ἀνέπλεον pro ἄνω ἔπλεον ex Optimo et primis editis,  
 ac MS. Bodl.



δίη ὀρμίζονται, ἐφ' ἣ τὸ στρα-  
 τευμα διαβιβάσειν ἔμελλεν  
 Ἀλέξανδρος εἰς Σοῦσα. Ἐν- 8  
 ταῦθα ἀνεμίχθη ὁ στρατός,  
 καὶ θυσαίαι πρὸς Ἀλεξάνδρου  
 ἐθύοντο ἐπὶ τῶν νεῶν τε καὶ  
 τῶν ἀνθρώπων τῇ σωτηρίῃ,  
 καὶ ἀγῶνες ἐποίεοντο· καὶ  
 Νέαρχος ὅποι παραφανείη τῆς  
 στρατίης, ἀνθεσί τε καὶ ται- 9  
 νήσιον ἐβάλλετο· ἐνθα καὶ  
 χρυσῶν σεφάνων σεφανοῦνται  
 ἐξ Ἀλεξάνδρου Νέαρχος τε  
 καὶ Λεοννάτος· Νέαρχος μὲν,  
 ἐπὶ τοῦ ναυτικοῦ τῇ σωτηρίῃ·  
 Λεοννάτος δὲ, ἐπὶ τῇ νίκῃ,  
 ἣν Ὀρείτας τε ἐνίκησε καὶ  
 τοὺς Ὀρείταις προσοικέοντας  
 βαρβάρους. Οὕτω μὲν ἀπε- 10  
 σώθη Ἀλεξάνδρῳ ἐκ τοῦ Ἰν-  
 δοῦ τῶν ἐκβολέων ὀρμηθεῖς  
 ὁ στρατός.

ad pontem recens factum,  
 per quem Alexander exer-  
 citum in Susa traducturus  
 erat, consistunt. Eo loci  
 exercitus conjuncti sunt:  
 Alexander pro navibus simul  
 et milite salvis sacrificia fe-  
 cit, ludosque edidit. Near-  
 chus quoquoersus per ca-  
 stra ibat, floribus ac fertis  
 petebatur. Post haec Ale-  
 xander Nearchum et Leon-  
 natum aureis coronis dona-  
 vit: Nearchum, ob classē  
 fervatam: Leonnatum, ob  
 victoriam, quam de Oritis  
 aliisque barbaris Oritarum  
 vicinis reportarat. In hunc  
 modum exercitus ex Indi-  
 amnis ostiis profectus sal-  
 vus Alexandro reductus  
 est.

9. ἐξ Ἀλεξάνδρου — ὑπ' Ἀλεξάνδρου in margine MS. Bodl.  
 Hudf.

#### ANIMADVERSIONES AD CAP. XLII.

*Arg.* Revertitur Nearchus a Diridoti ad Pasitigrim. Agi-  
 nis pagus. Longitudo navigationis praeter Sufianam,  
 Deinde navigatur per Pasitigrim, adverso flumine, us-  
 que ad pontem quem Alexander cum exercitu transie-  
 rat; ubi finis est navigationis.

I. ἐνταῦθα] nemp̄ cum  
 esset Diridoti; ad ostium  
 Euphratis.

Πασιτίγην] De Tigri et  
 Pasitigri videatur Vincent  
 pag. 408. sqq. Pasa, Phasa,  
 Phesa,

Phesa, Besa significat medium inter orientem et septentrionem (nord-ost), unde Pasitigris est Tigris vel fossa ex Tigride, quae inter orientem et septentrionem fluit a vero Tigri. Haberet illud nomen respectu ad Shat-el-Arab, Arriani Tigrim. Pasitigris hic, in Exped. VII, 7. vocatur Eulaeus, (non diversus est, ut multi putarunt) nunc Karun. Strabo XV. pag. 501. quosdam affirmare dicit, omnes Sufianae fluvios confluere cum Tigri et Euphratis fossis, eamque ob rem conjunctum illud flumen apud ostia Pasitigrim vocari, (a voce πᾶς). Sed ea derivatio graeca non adhibenda est ad explicandum nomen orientale. Et Strabo ipse paulo post Pasitigrim ex Uxiis fluere dicit. Ceterum in hoc libro Arrianeo diserte distingui vides ostium Euphratis, Tigris, et Pasitigris, quamvis in universum veterum de horum fluminum ostiis sententiae diversissimae sint.

2. λίμνην] Etiam Strabo XV. pag. 501. dicit Tigrim primo in lacum fluere, atque exinde in mare, non solum ex Nearcho, sed etiam Polycleto et Onesicrito. Plinius quoque, ex Juba, de lacu loquitur, quem faciant Eulaeus et Tigris juxta Cha-

racem; VI, 23. Si igitur olim ibi lacus fuit, ponendus est ad ostium fluvii Shat-el-Arab. cf. Vinc. p. 435,

3. De urbe Nino celeberrima vide Mannertum Tom. V. P. II. pag. 444. fqq.

4. Ἀγινιν] Situs pagi Aginis non plane incertus est. D'Anville eum locum collocat ad Zeine, locum ad Schat el Arab. Vincent eum refutare studet, sed non recta via, ut mox videbis, et ponit Aginin ad ostium fluvii Karun. Argumenta ejus vide pag. 429. fqq. Sed hoc non verum est. Vincent pro sententia sua esse putat, quod dicit Arrianus 1. αὐτοὶ τὸ ὀπίσω ἔπλεον, 2. ἔπλεον δὴ τὸ ἔμπαλιον, ἐν ἀριστοῦ τὴν γῆν τὴν Σασιδα ἔχοντες, et 3. ἐνθένδε κατὰ τὸν Πασιτίγριν ἄνω ἀνάπλεον. Haec quidem omnia optime convenirent, si modo Nearchus ipse ad pagum Aginin cum classe venisset, quod non est. Contrarium probant verba: ἀπὸ δὲ τῆς λίμνης ἐς αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἀνάπλες γάδοι ἐξακόσιοι. In his sub voce τὸν ποταμὸν grammaticae si locum consideras, Tigris flumen, non Pasitigris intelligendus est. Deinde vox ἀνάπλες non significare solet praeternavigationem, sed navigationem adverso flumine, a mari mediterranea versus. Oppositum est κατὰ πλες. Ut igitur  
locus

locus vertendus sit: „ex eo lacu vero in ipsum Tigrim navigationem mediterranea versus esse DC stadiorum. „ Accedit Strabo, qui ex Nearchus disertis verbis refert: „per eum lacum ad ostium Tigris τὸν ἀνάπλεον esse DC stadiorum: et prope ad ostium Tigris pagum fuisse Susianum, eumque abesse a Sufis D stadia. „ Si igitur recte interpretaris Arrianum et Strabonem, vides Nearchum ab ostio Euphratis renavigasse ad ostium Pafitigris. In eo vero itinere praeternavigavit lacum, in quem Tigris effunditur, et occasione data, refert, ab eo lacu adverfo Tigri ad Aginim pagum navigandum esse per DC stadia, sicut supra, c. 41, 8, dixerat, ab ostio Euphratis ad Babylonem esse III M et CCC stadia. Haec sola interpretatio vera est. In hoc itinere neque ad Babylonem neque ad Aginim cum classe sua Nearchus venit. Magnam vero difficultatem injicit numerus ἐς πεντακοσίαις. Eamque nullo modo solvendam, si Susa a mari distant circiter 2000 stadia, vel CCL mill. pass. ut tradit Plin. VI, 27. Si enim Aginis ab isto lacu di-

stat DC stadia, et a Sufis D stadia, quo in numero conveniunt Strabo et Arrianus, Susa a mari modo distant MC stadia. Defunt igitur DCCCC stadia, et totidem tribuenda essent longitudini lacus, in quem Tigris effunditur. Non contemnenda esset conjectura d'Anvilliana: ἐς χιλίας καὶ πεντακοσίαις, si lectio Arrianea a Strabone non confirmaretur. Aliam explicationem hujus loci, sed profus erroneam, habet Mannert V. Part. II. pag. 474. Putat enim Nearchum usque ad Babylonem navigasse, inde de Alexandri adventu certiore factum, secundo flumine renavigasse ad Pafitigrim, per Pafitigrim ad lacum, quem Tigris facit; ab eo lacu per fluvium DC stadia ad Aginim, sitam ubi Eulaeus et Pafitigris confluunt. Sed vides, haec omnia confusa esse. Plin. VI, 27. Aginin vocare videtur Aphle, et eam collocat ad lacum chaldaicum, quam dicit navigatione LXV mill. pass. a Sufis distare, i. e. circiter 500 stad.

στάδιοι διαχίλιοι] Numerantur

ab Are ad Kataderbin	—	—	—	500 stad.
inde ad Khore Wastah	—	—	—	600 „
inde ad Diridotin et Euphratis ostium	—	—	—	900 „
				<hr/>
				2000 stad.

Sic

Sic etiam Strabo (ex Nearcho) Pasitigrim ab Oroatide abesse dicit circiter 2000 stadia. Idem vero, alium auctorem secutus, Littora Sufianae a Perfidis finibus usque ad Tigrim circiter ter mille stadia longa esse refert. Vides vero, Nearchum hoc loco Pasitigrim vocare eum alveum, quem supra c. 41, 6. vocaverat Euphratem. Minus accuratus est, ut in hujusmodi rebus veteres solent. Recentiores in metienda longitudine Sufianae nimium differunt, et nihil certum est. Vid. Vinc. pag. 440.

5. ἀναπλώσαντες δὲ] Strabo dicit: 150 stadia in Pasitigri adverso flumine navigatum est ad pontem, quae distabat a Sulis 60 stadiis. Hoc absque dubio falsum est. Noster paululum modo accuratior est, scribens: sect. 7: ἔπλεον ἤδη αὐθις ἐς τὸ ἄνω κατὰ τὸν ποταμόν. Numerum enim

stadiorum non adscripsit. Si vero, ut dixi, Sufa circiter II M stadia a mari aberant, et, Strabone auctore, pons LX stadia a Sulis distabat, restabant adhuc circiter 1790 stadia.

7. πρὸς τῇ σχεδίῃ] σχεδίῃ significare quidem solet pontem tumultuarie factum, praecipue ex navibus; sed mihi verosimile est, prope Sufa, magnam illam urbem, praeter quam magna via ex Babylonia in Persidem ducebat, continuo pontem fuisse.

9. cf. Exped. VII, 5, 8. 9.

10. Totum iter ab ostio Indi factum est 146 diebus, i. e. quinque ferme mensibus, quorum numerum diminuit Plinius ad III. Nostrae naves viam eam perficiunt tribus septimanis, ad quam Nearchus una et viginti necessariae erant. Vinc. pag. 454.

XLIII. Τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ ἰ  
τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης ὑπὲρ  
τὴν Βαβυλωνίην, Ἀραβίῃ ἢ  
πολλῇ ἐστὶ, καὶ ταύτης τὰ  
μὲν κατῆκει ἔστε ἐπὶ τὴν θά-  
λασσαν τὴν κατὰ Φοινίκην τε  
καὶ τὴν Παλαισίην Συρίην·  
πρὸς δυσμένου δὲ ἡλίου ὡς ἐπὶ

XLIII. Quae vero ad dex-  
tram maris rubri partem  
ultra Babyloniā sita est re-  
gio, Arabia magna est: at-  
que hujus quidem pars quae-  
dam pertinet ad mare Phoe-  
niciae ac Syriae Palaestinae;  
ad occidentem vero usque

τὴν εἴσω θάλασσαν Αἰγύπτιοι ad mare mediterraneum,  
 τῇ Ἀραβίῃ ὁμορεύουσι. Κατὰ 2 Aegyptii Arabiae contermi-  
 δὲ Αἰγυπτον ἐσέχων ἐκ τῆς ni sunt. Sinus autem, qui  
 μεγάλης θαλάσσης κόλπος, ad Aegyptum ex Oceano  
 δῆλον ποιεῖ ὅτι ἕνεκά γε τοῦ magno infunditur, manife-  
 σύρρουν εἶναι τὴν ἕξω θάλασ- fto indicat, ratione concur-  
 σαν, περίπλους ἂν ἦν ἐκ Βα- fus cum exteriori mari, na-  
 βυλῶνος εἰς τὸν κόλπον τοῦτον vigari posse ex Babylone in  
 ἐσέχοντα ὡς ἐπ' Αἰγυπτον. eum sinum, qui ad Aegyptum  
 Ἀλλὰ γὰρ οὐ τις παρέπλωσε 3 pertendit. Caeterum nemo  
 ταύτῃ οὐδαμῶς ἀνθρώπων ὑπὸ mortalium ea loca praeter-  
 καύματος καὶ ἐρημίας, εἰ μὴ navigavit, propter ardorem  
 τινές γε πελάγιοι καμίζόμενοι. folis et solitudines, nisi qui-  
 Ἀλλὰ οἱ ἀπ' Αἰγύπτου γὰρ 4 dam in alto vecti. Nam qui  
 εἰς Σοῦσα ἀποσωθέντες τῆς de exercitu Cambyfis ex  
 στρατῆς τῆς Καμβύσεω, καὶ Aegypto in Susa salvi per-  
 οἱ παρὰ Πτολεμαίου τοῦ Λά- venerunt, quique a Ptole-  
 γου παρὰ Σέλευκον τὸν Νικά- maeo Lagi filio ad Seleucum  
 τορα σαλέντες εἰς Βαβυλῶνα, Nicatorum Babyloniā missi  
 διὰ τῆς Ἀραβίης χώρας, 5 fuerunt, per Arabiam, isth-  
 ἰσθμόν τινα διαπορευθέντες mum quendam transgressi  
 ἐν ἡμέρησιν ὀκτώ ταῖς πάσαις, per octo integros dies, per  
 ἀνδρῶν καὶ ἐρήμην χώραν regionem desertam et aqua-  
 ἐπὶ ἡλίου ἐπὶ καμήλων σπουδῇ rum inopem iter fecerunt:  
 ἐλαύνοντες, ὕδωρ τέ σφιν ἐπὶ idque camelis celeriter ve-  
 τῶν καμήλων φέροντες, καὶ cti, aquamque super iis por-  
 νυκτοπορέοντες· τὰς γὰρ ἡμέ- tantes, et noctu proficiscen-  
 ρας ὑπαίθριοι ἀνέχεσθαι διὰ tes. Interdium enim sub dio

## NOTAE CRITICAE AD CAP. XLIII.

2. ἐσέχων — Unus scriptorum ἐπέχων et mox ἐπέχοντα ha-  
 bet. *Blanc.*

*Arrian. Hist. Ind.*

P

καῦμα ἀδύνατοι ἦσαν. Τοσού- 6  
του δεῖ τά γε ἐπέκεινα ταύ-  
της τῆς χώρας (ὄντινα ἰσθμὸν  
ἀποφαίνομεν) ἐκ τοῦ κόλπου  
τοῦ Ἀραβίου κατήκοντα ἐς  
τὴν ἐρυθρὴν θάλασσαν, οἰκεό-  
μενα εἶναι, ὁπότε τὰ πρὸς  
ἄρκτον μᾶλλον αὐτῶν ἀνέχον-  
τα ἔρημα τέ ἐσι καὶ ψαμμώ-  
δεα. Ἀλλὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ 7  
Ἀραβίου κόλπου τοῦ κατ'  
Αἴγυπτον ὀρμηθέντες ἀνθρω-  
ποι, ἐκπεριπλώσαντες τὴν  
πολλὴν Ἀραβίην, ἔλθειν ἐς  
τὴν κατὰ Σοῦσά τε καὶ Πέρ-  
σας θάλασσαν, ἐς τοσόνδε ἄρα  
παραπλώσαντες τῆς Ἀραβίης,  
ἐς ὅσον σφίσι τὸ ὕδωρ ἐπήρ-  
κεσε τὸ ἐμβληθὲν ἐς τὰς νέας,  
ἔπειτα ὀπίσω ἀπενόησαν. Ἐκ 8  
Βαβυλωνός τε οὐστίνας ἔσειλεν  
Ἀλέξανδρος, ὡς ἐπὶ μήκιστον  
πλέοντας, ἐν δεξιᾷ τῆς ἐρυ-  
θρῆς θαλάσσης, γνῶναι τοὺς  
ταύτη χώρας, οὔτοι νήσους  
μὲν τινὰς κατεσκέψαντο, ἐν  
τῷ παράπλω κειμένας, καί  
που καὶ τῆς ἠπειροῦ τῆς Ἀρα-  
βίης προσέσχον τὴν δὲ ἀκρην, 9

esse ob ardorem folis non  
poterant. Tantum abest ut  
regio sita ultra isthmum il-  
lum, quem diximus, ex sinu  
Arabico in mare rubrum per-  
tinens, habitabilis sit: quum  
ea quae magis ad septentrio-  
nem vergit, deserta sit atque  
arenosa. Nam nonnulli ex  
Arabico sinu, qui ad Aegy-  
ptum spectat, profecti, ut  
magnam Arabiam circum-  
navigantes, ad mare quod  
ad Susa et Persiam pertinet  
pervenirent, tam diu prae-  
ter Arabiam navigarunt,  
quam aqua navibus imposta  
eos non deficeret. Postea  
retro conversi sunt. Si vero,  
quos Alexander ex Babylo-  
ne misit, ut longissima ad  
dextram maris rubri partem  
navigatione facta, loca il-  
lius regionis explorarent;  
insulas quidem nonnullas  
viderunt, in quibus naviga-  
runt locis fitas, et interdum  
ad Arabiae continentem ap-  
pulerunt: at promontorium  
illud, quod ex adverso Car-  
maniae oppositum visum ab

6. ὄντινα ἰσθμὸν — ἦντινα in MS. Bodl. et Ed. Ven. Hudf.

7. παραπλώσαντες — ex Opt. pro περιπλώσαντες.

ἦντινα κατανατικῶν τῆς Καρχα-  
 νίης ἀνέχουσαν λέγει Φανῆναι  
 σφίσι Νέαρχος, οὐκ ἔστιν ὅστις  
 ὑπερβαλὼν, ἐπικάμψαι ἐς τὸ  
 ἐπὶ θάτερα δυνατὸς ἐγένετο.  
 Δικιῶ δὲ ὡς εἴπερ πλωτὰ τε <sup>10</sup>  
 ἦν καὶ βαδισὰ ταύτη, ὑπ'  
 Ἀλεξάνδρου ἀν' τῆς πολυπράγ-  
 μοςύνης ἐξελέληγετο πλωτὰ  
 τε καὶ βαδισὰ ἑόντα. Ἄνων <sup>11</sup>  
 δὲ ὁ Λίβυς ἐν Καρχηδόνοσ ὀρ-  
 μηθεῖς, ὑπὲρ μὲν Ἡρακλείας  
 σήλας ἐξέπλωσεν ἔξω ἐς τὸν  
 πόντον, ἐν ἀρισερῶ τὴν Λι-  
 βύην γῆν ἔχων· καὶ ἔστε μὲν  
 πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλόος  
 αὐτῶ ἐγένετο, τὰς πάσας  
 πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας.  
 Ὡς δὲ δὴ ἐς μεσημβρίην ἐξε- <sup>12</sup>  
 τρέπετο, πολλῆσιν ἀμυχκα-  
 νίησιν ἐνετύγχανεν, ὕδατός τε  
 ἀπορίη καὶ καύματι ἐπιφλέ-  
 γοντι, καὶ ῥύαξι πυρὸς ἐς τὸν  
 πόντον ἐμβάλλουσιν. Ἄλλ' ἢ <sup>13</sup>  
 Κυρήνη γὰρ τῆς Λιβύης ἐν  
 τοῖς ἐρημοτέροις πεπολισμέ-  
 νη, ποιῶδης τέ ἐστι καὶ μαλ-

se fuisse Nearchus scribit,  
 nemo unquam navigatione  
 in alteram ejus partem supe-  
 rare potuit. Et (mea quidem  
 sententia) si navigabilis is tra-  
 ctus esset, aut adiri ulla ratio-  
 ne posset, Alexandri certe cu-  
 riositas comprobasset utrum-  
 que. Hanno autem Afer  
 Carthagine profectus, trans  
 Herculeas columnas in Ocea-  
 num enavigavit, Libyam ad  
 laevam relinquens, et navi-  
 gavit quidem, quam diu na-  
 vigationis suae cursum ori-  
 entem versus tenuit, in uni-  
 versum per xxxv dies. Post-  
 quam vero ad meridiem con-  
 versus est, in multas diffi-  
 cultates incidit, cum in sum-  
 mam aquarum inopiam, sum-  
 mamque aestus flagrantiam,  
 tum in rivis igneos in mare  
 effluentes. Cyrenae, Libyae  
 urbs, quamquam desertiori-  
 bus in locis sitae sunt; her-  
 bosae fertilesque et irriguae  
 sunt: saltus etiam frequen-

11. Ἄνων — Primae editiones et MS. Bodl. scribunt:  
 Καὶ Ἄνων; ex iisdem rescripti Ἡρακλείας σήλας, pro  
 Ἡρακλείους σήλας, quae scriptura operarum errore in  
 Vulcanianam irreplisse videtur.

θακή, καὶ εὐδρος, καὶ ἄλ-  
 σεα καὶ λειμῶνες, καὶ καρ-  
 πῶν παντοίων καὶ κτηνέων  
 παμφόρος, ἔστε ἐπὶ τοῦ σιλ-  
 φίου τὰς ἐκφύσεις· ὑπὲρ δὲ  
 τὸ σίλφιον, τὰ ἄνω αὐτῆς  
 ἔρημα καὶ ψαμμώδεα.

Οὗτός μοι ὁ λόγος ἀναγε- 14  
 γράφθω, φέρων καὶ αὐτὸς  
 εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου,  
 τὸν Μακεδόνα.

tiaque prata habent, omnis-  
 que generis fructus et ju-  
 menta ferunt, ad ea loca us-  
 que, quibus silphium gigni-  
 tur. Ulteriora vero ejus lo-  
 ca deserta altisque arenis  
 obruta sunt.

Atque hic quidem liber a  
 me conscriptus sit, etiam ipse  
 ad Alexandrum Philippi fi-  
 lium Macedonem pertinens.

13. ἄλσεα καὶ λειμῶνες — Hoc restituit Gronovius ex omni-  
 bus MStis pro ἄλσειν καὶ λειμῶνων, ut edidit Blancardus.  
 „Illae voces plane non pendunt a voce παμφόρος, et  
 nihil commune cum ea habent. Arriani enim est di-  
 vellere ista, et varietate uti syntaxeos. Sic V, 3:  
 ἰδεῖν κισσῶ τε ἀνάπλεων καὶ δάφνης τὸ ἄρος, καὶ ἄλση παντοῦν  
 etc. Cur non illic scripsit Arrianus ἄλσειν παντοίων.  
 Placet illi videlicet ἡ ποικιλία. In Indica hac (historia)  
 cap. 40: καὶ τὴν χώραν ποιῶσιν τε εἶναι καὶ λειμῶνας ἑθρηλῆς  
 καὶ ἄμπελον πολλὴν φέρειν, παραδείσοις τε παντοίοις τεθηλένας  
 etc. Insigni mutatione. Hoc passim obtinet in Ar-  
 riano. Gron. „

#### ANIMADVERSIONES AD CAP. XLIII.

Arg. De quibusdam fervidis atque incultis regionibus ex-  
 tra Indiam, praecipue Arabia et Africa.

1. τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης] Aperte hic intelligitur sinus  
 persicus, qui supra jam ma-  
 re Erythraeum vocabatur.  
 Deinde Ἀραβίη ἢ πολλή non  
 est Arabia magna ex parte,  
 ut vertit Vulcanius, sed  
 Arabia magna, respectu ad  
 parvam illam Arabiae par-  
 tem, quae est ad Antiliba-

num. Sic etiam sect. 7. cf.  
 Exped. VII, 1, 2. VII, 19, 12.  
 I, 3, 2.

2. κόλπος] mare idu-  
 maeum, verum mare ru-  
 brun.

3. οὐ τις παρέπλωσε] Ni-  
 hil dicit Arrianus, quia ad-  
 dit εἰ μὴ τινὲς γε πελάγιοι κο-  
 μιζόμενοι. Nam si quidam



in alto vecti Arabiam circumnavigarunt, dici nequit, neminem circa Arabiam navigasse. Erraret quoque, sive haec de Alexandri, sive de sua aetate, intelligeret. Nam Arabes ipsos et Tyrios Arabiam longe jam ante Alexandrum circumnavigasse, vix dubium est. Sub Dario Hytaspis fil. Scylax ab urbe Kalpatyro per Indum et Oceanum in sinum arabicum navigavit, Herodot. IV, 42. sqq. Nihil dico de fabulosa expeditione Semiramidis, quae mare erythraeum circumvecta dicitur Arabes Aethiopesque subegisse, Plut. de fort. Alex. pag. 336. Post Alexandrum sub Ptolemaeis ex urbe Berenice per sinum arabicum, praeter littora Arabiae et Gadorum usque ad Delta Indi et longius saepe navigatum est. Extat adeo periplus maris erythraei sub nomine Arriani.

4. τῆς Καμβύσεω] Cambysem ipsum ex Aegypto cum exercitu fugere oportuisse, nemo tradidit; sed subacta Aegypto et multis ibi insane factis rediit in Syriam, et Ecbatanis, urbe Syriaca vel Babylone, ut tradidit Ctesias, mortuus est. Ergo non video, quomodo hic Arriani locus cum reliquorum historicorum narratione componi possit, nisi ponis, Cambysem multa in

Aegypto praesidia reliquisse; atque cum Aegyptii sub Dario rebellarent (Herod. VII, 1.) milites perficos, quibus aufugere contigit, per desertam Arabiae Sufa rediisse.

παρὰ Πτολεμαίς] Accidit hoc in bellis post Alexandrum. Seleucus, cui ob victorias postea agnomen Nicatoris datum, ab Antigono ex Babylone pulsus fugerat ad Ptolemaeum Lagi fil., unde paucis annis post cum parva manu, a Ptolemaeo accepta, in Babyloniam rediit. cf. Diod. XIX, 55. et 90. Hoc iter per desertam Arabiae factum videtur, quamvis Diodorus de hac re nihil monuerit.

6. Conclusionem hanc non valere, hodie neminem fugit. Et sunt, ut inter omnes constat, passim etiam in Arabia meridionali regiones fertillissimae.

8. Ἰστίνας ἐξείλεν Ἀλέξανδρος] Primae navi, ex Euphrate missae, praerat Archias, qui ultra insulam Tyllum (Bahrein, ubi floret piscatus margaritarum) non venit. Viderat duas insulas, alteram circiter CXX stadia ab Euphratis ostio, sacram Dianae, plenam caprarum et cervorum, quos non nisi ad sacra deae faciendum capere fas erat. Hanc insulam Alexander Icarum vocavit. Haec insula alia esse nequit, quam una ea-

rum in sinu Grane, sed distantia non respondet. Arriani CXX stadia sunt  $7\frac{1}{2}$  mill. angl., et illa insula vere distat circiter 30 mill. angl. Tylos ab Euphratis ostio distare dicitur unius diei ac noctis navigatione, vento secundo. Vagum hoc est. Veteribus unius diei navigatio est D stadiorum olympicorum; quae si duplicamus, 1000 stadia aequalia sunt 125 mill. angl., et vere distat insula supra 200. Alia vero insula intelligi nequit, quia Tylos describitur tanquam magna et arboribus confita ac fertilis, cujus conditionis nulla alia insula in occidentali sinus latere est. Secunda navis sub Androsthene etiam aliquam Chersonesi arabicae partem praeternavigavit. Omnium longissime venit Hiero Solensis cum navi tertia. Iustus erat omnem Arabiam usque ad Heroum urbem in sinu arabico circumnavigare; ex quo mandato consilium Alexandri conspicuum est, ut communicationem aperiret inter Aegyptum et Indiam. Vincentio venisse videtur eo usque, ut videret promontorium Ras-el-Had; veterum Syagrum. Sed si Graeca sequimur, non processit ultra promontorium Maceta, et deserta Arabiae veritus rediit. Navigaverant haec naves tres

diversis temporibus post Alexandri secundum Babylone adventum. Vid. Arr. Exped. Alex. VII, 20. et Vincent pag. 477.

II. Ἐπλων δε] Hanno, Carthaginienſis, jubentibus Carthaginienſibus, cum claſſe ſexaginta navium triginta remorum, in quibus ad triginta millia hominum utriusque ſexus et commeatus atque alia neceſſaria vehebantur, miſſus erat, ut ſuperato freto Herculeo praeter littora Africae navigaret, atque in loca commoda colonias deduceret. Pervenit in hoc itinere ſupra promontorium triceps in Guinea. cf. de Bougainville Memoires de l'Acad. des Inſcr. Tom. XXVI.

καὶ ἔστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλοὸς αὐτῷ ἐγένετο] [c. ἐπλωσεν, quod verbum extrahendum est ex superiori ἐξέπλωσεν. Consilium Arriani est, ut probet, loca longius meridiem versus prae ardore inculta esse, nec coli posse. Id supra dixerat de Arabia, et duobus argumentis probare studuerat, partim quod jam Arabia septemtrionalis deserta sit, partim quod nemo eam circumnavigare potuerit. Idem nunc dicit de Africae littoribus, idem mox de ejusdem continentis mediterraneis. Si vero scripsit: „et navigarunt quidem, quam diu orient-

*orientem versus navigatio fieret*, errori ansum praebuerunt verba itinerarii ipsius. Qualis sit vera Africae forma, nunc omnibus constat. Hanno vero credidisse videtur, se, superatis columnis Herculeis, plurimum orientem versus navigasse, et litora Africae magis orientem versus extendi. Sic dicit non procul a principio: πάλιν ἐπέβημεν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα; non multo post: ἐκεῖθεν δὲ πάλιν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. Ἐνθα εὗρομεν ἐν μυχῶ τινος κόλπε κ νῆσον μικράν, κύκλον ἔχουσαν σαδίων πέντε ἢν κατακήσαμεν, Κέρην ὀνομάσαντες. Ἐκτεκμαιρόμεθα δ' αὐτὴν ἐκ τῆ περιπλα κατ' εὐθὺ καίσθαι Καρχηδόνας. ἔσκει γὰρ ὁ πλάς ἔκτε Καρχηδόνας ἐπὶ Στήλας, καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ Κέρην. Coniiciebamus ex circumnavigatione, insulam Cernen sub eadem linea (a septentrione meridiem versus cogitanda) sitam esse cum Carthagine. Iter enim a Carthagine ad columnas Herculis aequae longum est, ac a columnis ad Cernen. (Cerne autem non procul a promontorio albo sita est.) Posthaec vero pergit Hanno: ἐκεῖθεν δὲ (a Cerne) ἐπὶ μεσημβρίας ἐπλεύσαμεν etc. In sequentibus coeli tractus, versus quem navigarunt, non amplius adscriptus est, unde Arrianus putare poterat, a Cerne continuo meridiem versus navigatum esse. Ex his, in qui-

bus error debetur Hanno, explicandus est Arrianus, qui errore alius utitur ad suum errorem pro vero venditandum. Dicit: Quamdiu ab Hannone praeter littora Africae (ab columnis Herculeis usque ad insulam Cernen) orientem versus navigatum est, sine incommodo iter procedebat; post Cernen vero, quum meridiem versus navigandum esset, in maximas difficultates incidit praecipue ob fervorem, ut inde pateat, longius meridiem versus vivi non posse.

τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας] Iterum errorem video in Arriano. Univerfa Hannonis navigatio a columnis Herculeis ad remotissimum usque locum consumsit dies XXXV-XL; navigatio vero usque ad Cernen, unde meridiem versus se progressum dicit, solummodo IX dies vel ad summum XII. Scripsit igitur Arrianus priorem numerum pro posteriori.

12. καὶ ῥύαξι πρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλασιν] Verba peripli, ad quae alludit Arrianus, sunt haec: παρημειβόμεθα χώραν διάπυρον θυμιαμάτων, μεσοὶ δ' ἀπ' αὐτῆς πυρῶδεις ῥύακες ἐνέβαλλον εἰς τὴν θάλατταν. ἡ γῆ δ' ὑπὸ θέρμης ἀβάτος ἦν. Ταχύ ἔν καὶ ἐκεῖθεν φοβηθέντες ἀπεπλεύσαμεν. Τέτταρας δ' ἡμέρας φερόμενοι νυκτὸς τὴν γῆν ἀφωρῶμεν φλογὸς μεσῆν, ἐν μέ-

σφ δ' ἦν ἡλίβυτον τι πῦρ, τῶν ἄλλων μείζον, ἀπτόμενον, ὡς ἐδόκει τῶν ἄστρον· οὗτος δ' ἡμέρας ὄρος ἐφαίνετο μέγιστον, θεῶν ὄχημα καλέμενον. Τριταῖοι δ' ἐκεῖθεν πυρῶδεις ῥύακες παραπλεύσαντες, ἀφικόμεθα εἰς κόλπον etc., *Thymiamatum regionem ignitam legebamus, ex qua referti rivi ignei in mare volvebantur. Nimum ejus terrae aestum calcantium vestigia non ferebant. Itaque ab hoc etiam loco prae metu ocius recessimus; et quadridui navigatione provecti, noctu terram flammis plenam videbamus. Apparebat autem in medio excelsus quidam et caeteris major ignis, ipsis, ut videbatur, astris contiguus; erat is, ut interdum videbamus mons maximus, deorum vehiculum dictus. Inde tertio die, rivos igneos praetervecti, in sinum veniebamus etc.*, Ex his omnibus conspicuum est, Hannonem praeternavigasse montem ignivomum, ex quo tum temporis rivi ignei (hodie Lavaströme) in mare volvebantur. Inde vero Arrianus probare nequit, in ea regione et ultra eam prae ardore habitari non posse. Contrarium ipse scire poterat propter Siciliam et Italiam. Sed Hanno-

nem non videtur intellexisse. At, quod praecipue contra Arrianum est, satis longe supra hunc montem navigavit Hanno, et reversus est non ob ardorem intolerabilem, sed τῶν σίτων ἐπιλιπόντων.

13. σίλφιον] De hoc Plinius Nat. Hist. lib. XIX, 3: *Laserpitium, quod Graeci Silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum: cujus succum vocant laser, magnificentum in usu medicamentisque, et ad pondus argentei denarii pensum. Multis jam annis in ea terra non invenitur, quoniam publicani, qui pascula conducunt, majus ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. Unus omnino caulis, nostra repertus memoria, Neroni principi missus est. Raph.* Nunc a viris doctis habetur pro Ferula Casia. Scripserunt de ea quoque Columella, Dioscorides, et Arrianus in Exped. III, 28, 12., ubi vide notam. Praecipue vero conferatur Salmalius ad Solinum, ubi reperitur imago herbae, ex veteri Codice Bibliothecae reg. Paris.

14. Φέρον καὶ αὐτὸς] sc. sicut libri septem anabaseos Alexandri.

---

HENRICI DODWELLI  
DISSERTATIO DE ARRIANI NEARCHO.

---

**N**earchi hunc, quem habemus, Periplum, non a Nearcho ipso, sed ab Arriano scriptum esse constat. Est enim lacinia ex Arriani Indicis deprompta. Tempus ergo, quo in lucem emanarit, non e Nearchi, sed ex Arriani potius, aetate colligendum est. Ipsa autem Indica Libris de Alexandri M. Expeditione omnium insignissimis subjecta fuisse ipse profitetur Arrianus. Nihil ergo est cur dubitemus, quin post illos de Alexandro Libros, alio nullo Opere interposito, hunc quoque Periplum concinnarit. Proinde paulo post secessum, quem anno Aerae nostrae Christianae 147 supra asseruimus. Certe sub Pio. Nihil enim illi exploratum est de commercio illo lucrosissimo inter Alexandrinos ipsosque Indos, quod oram illam omnem patefecerit, cujus veluti jam stabiliti meminit Ptolemaeus, qui scripsit etiam ipse sub Pio <sup>a)</sup>. Itinera enim recenset in hoc Opere Arrianus, ex Aegypto ad Susas, non tamen duobus plura: aliud exercitus Cam-

§. I. Scripsit, ut videtur, Nearchi Periplum Arrianus, paulo post Expeditionem Alexandri M. antea quam innotesceret Geographia Ptolemaei.

a) Nearch. Peripl. p. 39.

byſis; aliud miſſorum a Ptolemaeo Lagide ad Seleucum Nicanorem. Navigationes per has oras maritimas, quales erant cum ſcriberet Ptolemaeus, ſtatas, nullas plane cognovit. Hoc nos docent illius diſerta in hanc ſententiam illa verba: Οὐ τις παρέπλωσε ταύτην ἔδαμῶς ἀνθρώπων ὑπὸ καύματος καὶ ἐρημίας, εἰ μὴ τινὲς γε πελάγιοι νομιζόμενοι. Quae de inſtaurato hoc commercio ſcripſerat <sup>b)</sup> Plinius, ignorare cum venia potuit Arrianus. Saeculo quippe alio ſcripſit Plinius, et lingua etiam alia, quam qua uſus eſt Arrianus, ipſe ſtirpe Graecus et in Romanam civitatem duntaxat adſcititius. Sed quae idiomate Arriani nativo Graeco ſcripſit <sup>c)</sup> Ptolemaeus, vir ſaeculi fui celeberrimus; quae ipſa Arriani ſcripſerat, et quidem admodum recenti, memoria: ea Arrianum latere vix poterant, ſi tum prodiſſet in lucem Geographia Ptolemaei, cum haec ipſe commentaretur. Vel inde ſuſpicamur, recte Nos hunc Nearchi Periplum ab Arriano editum Pii temporibus aſſignaffe, cum nondum prodiſſet, aut certe nondum longe innotuiſſet, Geographia Ptolemaei. Sed vero eum, qui maris Erythraei Periplum concinnarit, de illo Alexandrinorum Indorumque commercio reſciviſſe conſtat, quod noſter tamen, cum de Nearchi Periplo ageret, neſcivit Arrianus. Ideone Periplum Maris Euxini Arriano abjudicabimus? Nihil plane neceſſe eſt, ut ita faciamus. Hoc unum ſequitur, ſerius illum Maris Erythraei Periplum, quam Nearchi, confeſſiſſe. Idque ſane neceſſe erat, ſi quidem Marco demum imperante prodierit Periplus Maris Erythraei. Medio autem tempore inter Pii decennalia ſucceſſionemque Marci potuit hoc didiciſſe Arrianus ipſe, quod antea neſci-

b) Plin. Nat. Hiſt. VI, 22.

c) Ptolem. I, 17. 19.

nesciverit. Seu hoc ab ipso didicerit Ptolemaeo, seu a mercatoribus Alexandrinis, a quibus edoctus fuerit ipse Ptolemaeus. Hinc ergo potius idem horum Periplorum ordo fuisse vincitur temporis, quem nostrae modo traditae ferunt rationes.

Suis autem, non Nearchi verbis, Nearchi sententiam exponit Arrianus: et Dialecto etiam alia, quam qua usus fuerat in Historia Alexandri. Historiam enim Dialecto concepit Attica, Periplum autem Nearchi non Attica, sed Ionica. Forte ut Veteres in omni Dialecto aemularetur, styli ostentator jactantissimus. Nec tamen, vel sententiam Nearchi integram repraesentavit, et qualem ipse scripserat Nearchus. Nearchi Breviarium dedit <sup>d)</sup> Plinius, in quo tamen nomina occurrunt, quae frustra quaesiverimus apud Arrianum. Nullam habet Arrianus vel Xylenopolim ab Alexandro conditam, unde ipsum erat Navigationis exordium: et ne quidem Arbis oppidum a Nearcho conditum, nisi forte <sup>e)</sup> portum munitionemque tumultuariam, ne castra diriperentur, in finibus Arabiorum, hoc nomine intellexerit Arrianus. Sed nec ullus apud Arrianum fluvius Nabrus, nec portus Argenus, nec flumen Hytanis. Et alia in tam brevi compendio adeo multa occurrunt, quae locum plane nullum habent in Arriano, ut facile intelligamus, plurima fuisse, quae omiserit Arrianus, si ipsum haberemus Nearchum. Sunt item e contra in Arriano nonnulla, quae aliunde Arrianus,

quam

<sup>d)</sup> Plin. N. H. VI, 23.

<sup>e)</sup> Peripl. Nearch. p. 7.

§. 2. Nec nomina locorum omnia complexus est Arrianus, quae apud ipsum repererat Nearchum. Et tamen vice versa locorum spatia, quae nulla fuerant in ipso Nearchi, ipse addidit.

quam e Nearchō acceperit. *Onesicriti* (inquit Plinius) *et Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia.* Et tamen spatia saepe, pro Nearchi sententia, memorant Nearchi excerptores. Haec ergo ita interpretatur Magnus *f)* Usserius, quasi ut a Juba aut Onesicrito Navigatio Nearchi prodita est, nulla habuerit spatia; habuerit autem Textus ipse Nearchi genuinus. Sed cur, quaeso, illud observaret Plinius, nisi Textus illos Nearchi atque Onesicriti sincerissimos credidisset, in quibus spatia nulla reperiabantur? Hoc autem si verum fuerit; ita necesse erat, ut spatia illa in receptis Nearchi Periplis a juniorum interpolationibus omnia emanarint. Estque id sane verisimillimum. Erant enim sane, praeter ea quae retulerat ex Nearchō atque Onesicrito Juba, et aliae quoque separatae utriusque Auctoris Editiones, etiam aetate Plinii. Hoc inde colligo, quod in Auctorum Catalogis, e quibus Libros Operis sui singulos collegit Plinius, occurrit, praeter Jubam, seorsim mentio tam Nearchi, quam etiam Onesicriti. Quod sane non fuisset necesse, si, quae de utroque habet Plinius, ea omnia ex solo haussisset Juba. His autem separatis Nearchi atque Onesicriti Editionibus spatia fuisse, certissimum est ex advocatis Operis utriusque testimoniis. Nec tamen illa in Archetypis locum habuisse, est sane merito, quod suspicemur. Spatia utriusque milliaribus censet Plinius; *Carmaniae g)* (inquit) *oram patere duodecies centena L. millia passuum Nearchus scripsit.* Iterum de utroque: *h)* *Onesicritus et Nearchus ab Indō anne in sinum Persicum, atque illinc Babylonem Euphratis*

*f)* Annal. Period. Jul. 4388.

*g)* Plin. N. H. VI, 23.

*h)* C. 23.



*tis paludibus, scripserunt XXV mill. passuum esse.* Quasi vero milliariibus spatia emetiri solerent coevi Alexandro Graeci. Non ita Scriptores Graeci, qui de hujus orae spatiis testimonia advocant, seu Nearchi, seu etiam Onesicriti. Nusquam apud illos milliaria reperiemus, sed tantummodo stadia. Ita <sup>i)</sup> Strabo. Ita noster etiam <sup>k)</sup> Arrianus. Ideone illis utramque mensuram tribuemus, tam milliarium, quam stadiorum? Rectius e contra neutro modo scripsisse colligemus Nearchum atque Onesicritum; sed potius utraque juniorum deberi ratiociniis; Latinorum milliaria, stadia vero Graecorum. Milliariibus Nearchi spatia et Onesicriti designavit Scriptor aliquis Romanus, Romanisque moribus magis assuetus quam Graecorum. Ut sane, vel ex hoc ipso Opere Pliniano, constat, alios fuisse Romanos scriptores multos, qui similiter spatia Graecorum in Romana milliaria converterint. Si suspicioni venia fit, crediderim ipsum fuisse Jubam. Cur ita credam, faciunt Plinii illa: <sup>l)</sup> *Euphrate navigari Babylonem e Persico mari CCCCXII mill. passuum tradunt Nearchus et Onesicritus. Qui vero postea scripsere, a Seleucia CCCCXL mill. Juba a Babylone Characem CLXXV mill. passuum.* Videmus hic Jubam spatia Graecorum omnia ad Romanorum milliaria redegisse. Congrue admodum, cum regnarit ipse in regione, quae fuerat ante illum Romana provincia, et moribus pariter Romanis, et linguae, etiam assueverat. Vel hinc mihi suspectum esse fateor, rectene illum Eruditi vulgo Graecis Scriptoribus

i) Strab. Geogr. XVI. p. 766.

k) Arrian. Nearch. p. 4. etc.

l) Plin. N. H. VI, 26.

bus accenseant. Tam enim Graecis plerisque ignota fuissent Romana milliaria, quam viceversa Graecorum stadia ignorabant Romani. Porro e praedicto Plinii loco illud etiam constat, Nearchi sententiam atque Onesicriti a Juba fuisse explicatam. Ita scilicet, ut a sui Regni Scriptoribus atque Lectoribus intelligeretur Romanis, qui longius aberant ab ea Africae parte, qua Linguae Graecae usus obtinuerit. Caeterum ita, ut sincerissimi haberentur Nearchi Onesicritique, apud Jubam, Textus; quippe ab ipsis eorundem scriptis proxime, sine interpretum interpolationibus, desunti. Inde factum merito ut pro seorsim exstantium Paraplorum norma haberentur. Non itaque aliunde commodius spatia Romana, quae nullum prorsus in Graecis locum habere poterant, arcessemus.

§. 3. Cur spatia, quae nulla erant in Nearchi et Onesicriti, illis tamen tribuerint juniores.

Sed quo tandem (inquies) jure Nearchi atque Onesicriti tribui illa poterant, quorum mentio nulla prorsus esse potuit apud Nearchum, ipsumve Onesicritum? Illo, ut opinor, quod ea saltem in utroque occurrerint, unde spatia illa Romana ratiociniis suis Juba ipse collegerit. Cum tamen nullum fuerit apud illos spatii nomen, ne quidem stadii, alteriusve cujusvis, quod posset saltem ad stadia redigi; mirum fortasse videbitur, quidnam fuerit, unde sua elicuerit milliaria Juba; quidnam (inquam), cujus meminerint Nearchus atque Onesicritus, qui tamen milliarium nusquam meminerint. Ego diurna itinera fuisse suspicor, quae ad Romana milliaria Rex ipse Juba redegerit. In eo enim conveniunt, ut opinor, omnes, dierum

rum numero, navigationes designasse tam Nearchum, quam etiam Onesticum. Et certe haec temporis spatia stadiis (quae sola memorat locorum spatia) opponit <sup>m)</sup> Marcianus Heracleota, non admodum in eo, huic Plinii exemplo dissimilis. Imo Plinii fuisse sententiam docent, ni fallor, alibi Plinii <sup>n)</sup> illa verba: *Timosthenes classium Philadelphi praefectus, sine mensura, dierum LX a Syene Meroën iter prodidit.* Idem ergo apud illum valet, diebus intervalla designare, quod sine mensura. Tantundemque rursus sine mensura esse, quod spatia non habere. Facilem porro, sed rudem admodum incertamque methodum habebant, qua itinera diurna in stadia converterentur; sed ipsam quoque, pro Auctorum diversitate, diversam. Quingenta stadia diurnae navigationi tribuit <sup>o)</sup> Scylax. Sed stadia septingenta diei uni concedit <sup>p)</sup> Marcianus Heracleota. Medium scilicet inter numeros stadiorum nongenta, spatii diurni velocissimi; et quingentorum, quem diurnae navigationis censet esse tardissimae. Minimam ergo diurni itineris mensuram usurpavit Scylax; nempe, ut videtur, ut nocturna itinera a diurnis excluderet, et seorsim numeraret. Sic autem laxior erit majorque, quam oportuit. Hinc intelligimus, quam sibi dissimilis unius ejusdemque Auctoris sententia videri posset, cum ipse intercidisset, si modo tam dispari diurnae navigationes in stadia vel milliaria converterentur. Caeterum si stadia ipsa in milliaria convertenda e Graecis hausisset Juba; jam  
et

<sup>m)</sup> Marcian. Heracl. Peripl. p. 63.

<sup>n)</sup> Plin. N. H. VI, 29.

<sup>o)</sup> Scyl. Peripl. p. 30.

<sup>p)</sup> Marcian. Heracl. p. 67.

et alia potuit, in horum Auctorum sententia Latinis re-  
praesentanda, accedere discrepantia. Erant enim qui  
in milliari Romano stadia numerarint octona. Erant  
autem qui septena duntaxat et dimidium. Sed cum  
spatia a Jubae Textibus abfuerint; diurna, ut videtur,  
itinerata non proxime in stadia, tum deinceps in millia-  
ria, sed in milliaria proxime redegit. Tanti interest,  
ut recte de veterum sententia pronunciemus, ut primo  
constet, quid veteres ipsi dixerint; tum deinde colliga-  
mus, quid non ipsorum debeamus verbis, sed juniorum  
tantummodo ratiociniis.

§. 4. Nullae erant  
in Nearcho, vel  
Onesicrito, conti-  
nuae mansiones.

Neque vero spatia sola, sed et  
mansiones, Nearcho ipsi atque Onesi-  
crito abfuisse docet <sup>q)</sup> Plinius. No-  
mine mansionis id proculdubio intel-  
lexit ille, quod volebant Itinerariorum Auctores, qui  
Regionum intervalla mediis, quibus se reficiebant via-  
tores, locis designabant. Hic enim aliquantisper ma-  
nebant, hic stabulabantur: proinde mansiones appel-  
lari solent; Graecis *μοναί*, vel *σταθμοί*. Horum hic  
plane nullum habet illa *μονῆς* significatio, quum in ju-  
niore aliquo fabulatore legimus, qui scripsit *Ὀδοιπορίαν*  
*ἀπὸ τῆς Ἰερουσαλὴμ εἰς τὴν Ῥωμαίων*, in MS. Vos-  
siano. *Ἡ μονή*, inquit, *ἔχει μίλις ξ'*. Ibi spatii no-  
men est, a quo Plinius mansionem disertissime secernit.  
Ideone locorum nomina, in quibus quieverint, nulla  
erant in Paraplis Nearchi atque Onesicriti? Hoc falsif-  
simum esse vincunt, non alii tantummodo eorum Ex-  
scriptores, verum etiam ipse Plinius, qui in illo ipso  
Bre-

q) Plin. N. H. VI, 23.

Breviario e Juba deprompto multas exhibet istiusmodi mansiones. Sic ergo intelligi ne quidem potest. Hoc ergo potius fortasse volebat. Constabant recepta Itineraria continuis mansionibus, mansionumque spatiis, quae sibi invicem commissa Itinerariorum univerforum spatia conficere solebant. Sic enim fere habent Itineraria antiqua, quae hodieque existant, Antonini, Peutingeranum, Hierosolymitanum, etc. uti etiam antiquiora illa, quorum vestigia apud Plinium, aliosque, etiamnum habemus. Hoc ergo volebat Plinius, nihil fuisse in Paraplis Nearchi et Onesicriti, quo, de cursu, quem tenuerint, aut navigationis universae intervallo, pronunciari posset. Quod scilicet nec locorum, quibus manserint, nomina continua apud illos legerentur; nec locorum spatia exhiberent, ipsa quoque similiter continua. Haec autem si recipiatur Interpretatio; poterant et stadia, aut Parasangae, aut Schoeni, aut alia horum locorum temporumque spatia, ab his Auctoribus usurpari, modo ne fuerint etiam ipsa continua. Non multo certe postea r) Indiam Eratosthenes ab Occidente ad Orientem, usque ad Palibothra, schoenis emensus est: verum itinere tantum pedestri.

Id quoque e praedicto Plinii loco colligimus, Nearchi etiam separatam Editionem, qualiscunque demum ea fuerit, e Juba emanasse. Certe quae prodiderat s) Onesicritus, ea proxime a Juba narrata fuisse,

§. 5. A Juba Rege ad Romanos emanavit ram Nearchi Paraplus, quam Onesicriti.

r) Strab. L. XV. p. 689. Arrian. Ind.

s) Plin. N. H. VI, 23.

fuisse, verbis testatur expressis, opponitque temporis sui navigationibus. Mox autem de utraque tam Nearchi, quam Onesicriti Navigatione ita loquitur, quasi eadem fuisset cum ea, cujus supra meminerat, folius Onesicriti. Id enim postea de utraque praestat, quod de folius Onesicriti Paraplo pollicitus fuerat, ut eam juniorum Navigationibus praemitteret. Idem innuere videtur, quod modo observavimus, quod milliaribus spatia emensus fuerit, quae in Graecis Auctoribus nulla fuisse verisimillimum est, ut proinde ab Interprete illorum Romano aliquo necessario emanarint. Idem, quod e Juba collegerit Plinius, nulla fuisse apud utrumvis mansionum nomina, nec spatia, quae tamen ipse e separatis utriusque Editionibus descripserit. Hinc suspicamur, utriusque rationes a Juba descriptas pro norma habuisse Plinium, ad quam receptae palam Editiones essent exigendae. Et quidem jure merito, cum in Libro suo Juba ipsos excerpserit Auctores, in separatis autem Editionibus verba Auctorum permixta exhiberentur cum Jubae saltem interpretamentis.

§. 6. Primus Nearchi, non tamen Parapli ejus, meminit ante Jubam Diodorus. Et scripti meminit a Nearchi Parapli proximus Jubae Strabo.

Qui tamen Jubae primi opera Romanis innotuit Nearchus, poterat, fa-  
 teor, jam olim ante Jubam Graecis  
 suis fuisse notissimus. Poterat qui-  
 dem. Desunt autem monumenta, qui-  
 bus ita fuisse vincatur. Jam diu inter-  
 ciderunt Historici Alexandro coevi omnes, e quibus  
 statui possit, tum innotuerit, necne, Nearchus. Inter-  
 ciderunt proximorum temporum omnes, qui Nos doce-  
 rent an vel proxima innotuerit Alexandri memoria.

Anti-

Antiquissimus eorum, qui Nearchi Navigationisque ejus meminerint, ut puto, Diodorus est, Jubae ipsi coaevus, qui tamen paulo antea, quam Juba ipse, scripserit. Historiam quidem terminavit Belli Caesaris Gallici initio Diodorus. Scripsit autem certe post mortem Caesaris, cum illum Divum appellet. Imo acute observavit <sup>t)</sup> Scalliger, affecto etiam Augusti Imperio, adhuc superfuisset Diodorum, cum Bissextum quarto cuique anno, et quidem absoluto, convenire norit, quem tamen tertio quoque anno finito intercalaverant Pontifices ante Augustum. Nisi fortasse Pontificibus ipsis peritior fuerit Diodorus, quod ne credam faciunt multi ejus, in re Chronologica praesertim, et crassissimi errores. Jubam autem tum puerum duxit in triumpho Julius anno Variarum 708. Sed scripsit vergente in finem Augusti imperio. Inscrispsit Libros suos <sup>u)</sup> Cajo Caesari, et de Caji Caesaris Expeditione Arabica in illis ipsis egerat Libris. Medio ergo tempore aliquo Libros edidit inter Expeditionem Arabicam, mortemque Caji, sub initium Aerae nostrae Christianae vulgo receptae. Innotuerat ergo Graecis, etiam ante Jubam, saltem Nearchi nomen, qui Alexandri auspiciis Paraplum ab Indi ostio ad ostium Euphratis obierit. Nihil autem habet Diodorus, unde constare possit, Scriptumne aliquod viderit Diodorus ipse sub nomine Nearchi, quo ipse Navigationem suam posteris tradiderit. Nihil Diodorus de Xylenopoli primo Navigationis portu. Sed nec quicquam de locis aliis gentibusve in Paraplo, qualem il-

Q 2

lum

t) Num. Euseb. MDCCCCLXVII.

u) Plin. N. H. VI, 27.

lum reperit Juba, memoratis. At \*) Strabo certe Jubae coevus (qui tamen ipse sub Tiberio, et post Jubam, scripserit) ea habet e Nearcho, quae e Scripto, quale tunc legebatur, emanasse verifimillimum est. A Graecis ergo accepit Juba, quae primus ipse communicavit cum Romanis. Desunt autem testes, quibus Juba Nearchus multo antiquior fuisse probetur, cum Diodoro neminem antiquiorem habeamus, qui Nearchi vel meminerit.

§. 7. Ignotus Nearchus Agatharchidi, Eratostheni, primisque rerum fabulofarum collectoribus.

Causam porro Nearchi suspectam facit patronus ipse Juba fabularum patrociniò infamis. Sic Regem illum perstrinxit, et Lybicas illius Historias, vetus aliquis poeta, et in persona Democriti ipse quoque γ) Athenaeus:

Εἰ μὲν τι τέτων Ἰόβας ἰσορεῖ χαιρέτω  
Λιβυκαῖσι βιβλοῖς.

Eundem, ni fallor, eodemque nomine perstrinxit Plutarchus, vel, si quis alius potius Auctor habendus est minorum Parallelorum. Nec enim alios fere in illo Opere advocat Auctores praeterquam fabulatores. Suspecta faciunt tot alii rerum ab Alexandro gestarum sublestae fidei Historici. Hoc agnoscunt tam x) Strabo, quam a) Arrianus. Ipsumque Nearchum illis accenset etiam de nomine Strabo. Fieri vix potest, ut adeo  
- effent

x) Strab. L. II. p. 70. L. XI. p. 524. L. XV. p. 686. 689. 693. 696. 725. L. XVI. p. 766.

γ) Athen. L. III. c. 5. z) Strab. L. II. p. 70.

a) Arrian. de Exp. Alex. L. I. init.



essent mendaciis infames, adeo invicem discordes, si vel Auctores fuissent coevi, eorundemque cum rebus gestis temporum. Pudor enim saltem aliquis fuisset mentiendi, dum tot alii etiamnum supereffent, etiam scripsissent, earundem rerum testes. Postremi saltem fidem suam munivissent, quod tamen a nullo factum observavimus. Securior autem erat mentientium fama e longinqua rerum gestarum memoria comminiscantium, cum nemo esset in vivis testis, a quo convinci possent. Sed nec adeo sunt hi Auctores testimoniis exploratae fidei aliunde muniti, ut nullus pateat de illis dubitandi locus. Age ergo, propius hanc causam pressiusque expendamus. Paulo ante Diodorum vixit Agatharchides, quem sub Ptolemaeo Alexandro senem scripsisse probavimus. Is autem nescivisse videtur plerosque Scriptores de rebus Indicis, qui coevi Alexandro M. fuisse creduntur, et in illis nostrum quoque Nearchum. De <sup>b)</sup> orbis enim tum explorati plaga Orientali Scriptores sibi cognitos Hecataeum recenset duntaxat atque Basilim. Non illum, ut opinor, veterem intelligit Hecataeum, qui scripserat Asiae Periegesim, seu Milesius is fuerit, seu alius, ut volebat Athenaeus, et fortasse junior, Insularis. Nec enim satis constabat, etiam veteribus, quid vetustissimo Milesio Hecataeo tribuendum esset, quidve aliis eodem nomine junioribus. Imo potius Eretrienfis ille fuisse videtur Hecataeus, quem de rebus Alexandri M. testem advocat <sup>c)</sup> Plutarchus. Basilim illum Indica scripsisse docet Athenaeus. Qui obscuriorem illum Hecataeum memoria dignum censuit, eumne clarissimum navigationis Indicae praefectum, ipsique

Q 3

Ale-

b) Agatharchid. p. 48.

c) Plutarch. Alex.

Alexandro chariffimum, Nearchum, eumne navis Praetoriae nauclerum Oneficritum, si qui tunc in hominum manibus versarentur, praeteriturum suspicabimur? Certe Plinii et Strabonis etiam saeculo, partes in Asiae Indiaeque descriptione celeberrimas habere credebantur hi M. Alexandri comites, quos sane mirum est Agatharchidi non innotuisse, si quidem ulli prorsus tunc fuissent, qui possent innotescere. Erat praeterea gravi vir judicio Agatharchides, et libraria supellectile copiosissima instructus: imo in Bibliotheca Alexandrina jam insenuerat, cum de Mari Erythraeo commentaretur. Vix ergo est ut illius diligentiam effugerint tam celebri nomine Scriptores, si qui tum omnino exstitissent. Etiam ante Agatharchidem, multa nobis, etiam de rebus Indicis, loca Eratosthenis conservarunt veteres. In his nullum, quo vel Nearchi, vel alterius cuiusvis, qui de eodem Argumento scripserit sub Alexandro, mentionem fecerit. Habuit autem et ille usum Bibliothecae instructissimae Alexandrinae: erant praeterea, tam Eratosthenis aetate, quam antea, multi rerum Paradoxarum collectores. Hoc argumento Liber erat Mirabilium Auscultationum, quem nos Theophrasto asseruimus. Hoc argumento scripsit Callimachus, et Antigonus Carystius. Hoc argumento Epigrammata scripsit <sup>d)</sup> Archelaus quispiam Aegyptius in gratiam Ptolemaei. Et paradoxorum etiam Indicorum exempla proferunt e Ctesia et Megasthene. Nuspiam autem e Nearcho, aut Oneficrito, aliisque istiusmodi navigationis Alexandri Indicae Scriptoribus. Qui tamen, si adeo fabulis scaturerint, amplissimum praebituri erant hujus-

d) ap. Antig. Caryst. c. 23. 96.

hujusmodi Collectaneis supellectilem. Scriptorumque tam veneranda nomina id saltem effecissent, ut, si qui alii in Argumento tam futili audiendi viderentur, hi certe contemptu superiores essent habendi. Ita omnia consentiunt, ut Jubae demum aetate Scripta sub nomine Nearchi Graeci confinixerint. Quo certe loco Nearchus ipse loquitur, nullum tamen est vestigium styli Dorici aut Macedonici, aut communis etiam, qualem legimus in Philippi Regis Epistola apud e) Demosthenem. Ne jam et illud observemus, mensium dies pro juniorum Kalendariis designari. Quod tamen, nihil ad Nearchum.

Addo autem et aliud meae suspicionis Argumentum, de Nearcho parriter atque aliis id genus reliquiis, qui sub Alexandri M. nomine sefellerint, impostoribus. Recepta est Alexandri, proximisque Alexandro, temporibus

§. 8. Proximis Alexandro temporibus Indus cum Nilo junctus credebatur. Quod credi non potuit, si ulus tunc fuisset Nearchi Parapulus.

opinio, f) Indum alicubi cum Nilo communi alveo fuisse commissum. Fidem fecere animalia in Indo a Macedonibus observata Crocodilis simillima, quae olim in Nilo, nec in alio praeterea ullo Orbis fluvio observaverant. Erant, ni fallor, illa eadem, quae hodie Cayrmani appellantur. Fluxit inde, ut videtur, error olim receptissimus, quo Indus atque Nilus Paradisi fluviiis accensebantur, et pro Pisone et Geone accipiebantur, nec sibi modo invicem, verum etiam cum

Q 4

Ti-

e) Orat. pro Coron.

f) Strab. L. XV. p. 696. Arrian. de exp. Alex. L. VI. init.

Tigride et Euphrate confluere credebantur. Adjuvit errorem fortassis, quod Nilo saltem originem coelestem tribuerint Aegyptii, teste Diodoro. Non, ut opinor, aliunde, quam quod Aegyptum suum fluvium <sup>g)</sup> Homerus *διπτερῆ* appellarit, quo nomine fluvium alium a Nilo ne quidem potuit designare. Erat enim de Paradiso similis apud veteres opinio, ipsum quoque fuisse duplicem: Archetypum, atque Ectypum; et proinde Coelestem pariter, atque Terrestrem. Cum nempe Mysticis Allegoricisque veteris Instrumenti Interpretationibus Judaei assuevissent: et cum, una cum Macedonum victoriis, Philosophia etiam Platonica ad Judaeos emanasset. Certe a Graecorum Interpretum aetate, si quid commune cum LXXII. Interpretatione ea habeat Interpretatio, quae nomine eorum jam vulgo insignitur. Inde factum, ut terra Chus, quae Geone alluebatur, pro Aethiopia accipiant Graeci Interpretes, a qua immane quantum aberat. Sic in ipsa <sup>h)</sup> Paradisi descriptione: sic in Reginae Sabaeae, quae regioni Chus imperabat, historia, quam propterea Aegypti Aethiopiaeque Reginam censet fuisse <sup>i)</sup> Josephus: sic et in <sup>k)</sup> Tirhacae historia Sennacheribo coevi, cujus Chus pro Aethiopia Graeci pariter accipiunt Interpretes. Inde factum, ut e Madianide in <sup>l)</sup> Aethiopiā migraverit Moſis uxor Zippora, occasionemque dederit fabulae de Moſis uxore alia filia Regis Aethiopici. Dedit nobis illam <sup>m)</sup> Josephus:

non

g) Homer. Odyſſ.

h) Gen. II, 13.

i) Joseph. Ant. VIII, 2.

k) 4 Reg. XIX, 9. Jes. XXXVII, 9.

l) Num. XII, 1.

m) Joseph. Ant. II, 5. p. 59.

non tamen a se confictam, sed haustam potius ex <sup>n)</sup> Artapano, cuius scrinia compilarit Cornelius Alexander Polyhistor, qui scripsit ipse sub Sulla. Ita Sulla ipso antiquior illa quoque fuerit Interpretatio, ex ipso quoque Textu nata, qualem illum tradiderint primi Interpretes sub Ptolemaeo etiam Philadelpho. Atqui locum plane nullum habere potuit tam crassus error, si ab ipsius Alexandri temporibus tot fuissent, quot creduntur, huius Parapli testes, ab extimo Indi ostio usque ad Euphratem. Qui enim ex Indo etiam in Oceanum navigaverant; quo pacto fieri potuit, ut de illius aliquo cum Nilo confluxu fomniarint? Qui etiam Tigridis Euphratisque commune ostium in Oceanum habebant exploratum; cur, quaeso, amplius de communi aliquo eorum cum Indo aut Nilo alveo vel suspicarentur? Sed fero tandem Veteres ex his tam crassis erroribus quasi expergefati e vetero evigilarunt. Non sane diu ante exitum Ptolemaeorum. Itaque tum primum factae sunt in Orientem Navigationes, quibus compertum est, ne quidem alveum ullum fuisse Indo atque Nilo, nedum Tigridi Euphratique communem.

Caeterum sub postremis Ptolemaeis Nearchum hunc, similesque alios ejusdem farinae multos, qui coaevo- rum Alexandro nomina personabant, confictos esse suspicor. Erant quidem

§. 9. Sub postremis praesertim Ptolemaeis confictae pleraeque de Alexandro Historiae. Certe haec Nearchi.

primi quoque ante Alexandrum Historici, pro Poëtarum, quibus successerant, exemplo, fabellis conditi, eo artificio, ut Lectoribus, undequaque prodesent, et cum

Q 5

falsis

n) ap. Euseb. Pr. Evang.

falsis dulcibus vera etiam utilia propinarent. Sed nondum invaluerat exemplum, ut nihil prorsus Historicum complecterentur Historiae Profanae. Postea invaluit; et quidem in styli soluti Libris, nec Poësim professis. Adhibent temporum locorumque circumstantias: edunt ducum, qui itinera navigationesque obierint, etiam nomina: nec, si unicam veritatem exceperis, Historici decori quippiam praetermittunt. Ita factum, ut, sub Ptolemaeis, Geographia omnis locorum parum exploratorum fuerit incertissima. Sic fuit hoc ipso, in quo versamur, nomine infamis <sup>o</sup>) Antiphanes Bergaeus. Simili exemplo erant et alii, <sup>p</sup>) Antonius Diogenes de incredibilibus Thules, et <sup>q</sup>) Pytheas Massiliensis; de Panchaia et Templo Jovis Triphyliae <sup>r</sup>) Euemerus Messanenensis; de insulis fortunatis <sup>s</sup>) Jambulus, antiquior certe <sup>t</sup>) Diodoro. Talis <sup>u</sup>) Euthymanes Massiliensis. Talis antiquior etiam Alexandro <sup>x</sup>) Damastes Sigaeensis, quem Antiphani confert et Euemero Strabo, prorsusque indignum censet, qui ab Eratosthene testis advocetur. Non tamen illum totum fuisse mendacem exinde constat, quod ejus testimonium alibi advocet admittatque ipse <sup>y</sup>) Strabo. Post Alexandrum autem erant hi fabulatores longe, quam antea, frequentiores. Inde queritur <sup>z</sup>) Polybius de rara admodum, ut vidimus, Navigantium fide. Et Periplos sua

o) Strabo saepe et Steph. Byzant.

p) Phot. Cod. CLXVI.

q) Strab. L. I. p. 63. et alibi passim, aliique.

r) Strab. L. II. p. 102. VII. p. 299. etc.

s) Lucian. Ver. Hist. t) Diodor. L. II.

u) Aristid. Orat. Aeg.

x) ap. Strab. L. I. p. 47. L. XIV. p. 648.

y) Strab. L. XV. p. 583. z) Polyb. L. III. c. 38, 58.

sua aetate multos agnoscit <sup>a)</sup> Marcianus Heracleota, stadiorum etiam numero designatos, regionum gentiumque, quarum ne nomina quidem fuissent explorata. Et quidem ansam uberrimam suppeditabant res ab Alexandro gestae maximae Historiis sub illius nomine fingendis rerum etiam maximarum. Pro eodem scilicet exemplo, quo etiam postea Historias commentitias Romanas appellabant; cum rerum gestarum magnitudine gentium aliarum Historias longo intervallo superarent Historiae Romanae. Tum vero potissimum consentaneum erat, ut Alexandri nomine fabulae conderentur, cum nondum res Alexandri vere magnas obscurassent res majores Romanorum, saltem apud Graecos. Pertigit haec Epocham ad annum Varro. 691, quo Pompejus ultimam manum imposuit Bello Mithridatico. Fecerunt enim illius victoriae, ut Romani Graecis ubique inclarescerent: non mox tamen inolevit memoria Alexandri. Imo erant, apud Graecos certe, qui res unius Alexandri cum Romanis omnibus contenderent; qui pares fecerint, vel etiam superiores. Ita rem fuisse docet <sup>b)</sup> Livius. Plutarchus autem Libris de fortuna Alexandri et de fortuna Romanorum Alexandro primas tribuendas esse censet. Ipse nempe stirpe Graecus. Inde fieri potuit, ut Graeci etiam Epocham praedictam juniores Historias mirandas sub Alexandri nomine commiserentur. Sic Graeci etiam Barbari, aliam quidem a Veteri, sed similiter mendacem, procuderunt Callisthenem, de rebus Alexandri Magni. Maximam autem partem Auctorum de hoc Argumento fictitiorum hac ipsa, quam dixi, Epocham concludendam existimo. Sic tamen, ut paulo fuerit junior, de quo agimus, Nearchus.

Quod

a) Marcian. Heracl. p. 62. b) Liv. L. IX. c. 17. 18. 19.

§. 10. Parapulus Nearchi unajoris Operis erat tantummodo pars: uti etiam Oneficriti.

Quod porro Parapulum Nearchi excerpterit tantummodo Juba, et cum Romanis suis communicarit; non est profecto cur miremur. Erat enim majoris Operis lacinia duntaxat ille ipse Parapulus. Tres enim Alexandri, in Expeditione Indica saltem, omnes executus fuisse videtur, quicumque demum is fuerit, qui Nearchi nomen personamque suscepit. De populis Asiae praedatoribus, etiam mediterraneis, locum adducit e Nearcho <sup>c)</sup> Strabo. Idem ex eodem rationem adducit, cur per <sup>d)</sup> Gedrosiam duxerit Alexander exercitum. Et magnitudinem Indiae universae itinere pedestri idem describit ex eodem <sup>e)</sup> Strabo. De arboribus porro lanam producentibus Nearchi testimonium adducit idem <sup>f)</sup> Geographus. Haec, quaeso, quid ad Parapulum? Recte ergo Juba, non opus integrum, sed partem duntaxat, quae ad Navigationem spectabat, in usus suos convertendam esse censuit. Quo minus hoc miremur, in Nearcho facit quod idem ab Oneficrito factum ipse testetur <sup>g)</sup> Arrianus. Opus enim Oneficriti sic appellat: *ξυγγραφήν ἡντινα ὑπερ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε*. Quare illius quoque Operis lacinia erat, quam cum Romanis suis communicavit, Oneficriti Parapulus.

§. 11. Oneficritus etiam falli suspectus.

Quicquid autem de Nearcho sentiendum sit, at certe Oneficriti rationes haufit e Juba Plinius, tanquam e primario Latiorum fonte. Nec quenquam habemus, quod

c) Strab. XI. p. 524.

d) Strab. XV, 686.

e) Strab. XV, 689.

f) Strab. XV, 693.

g) Arrian. Expedit. Alexandr. L. VI.



quod quidem sciam, qui ante Jubam Oneficriti vel mentionem fecerit. Minus ergo habet, quo se hic tueatur Rex patronus fabularum. Est etiam fortasse quo falsi evincatur. De eo testem ipsum habemus <sup>h)</sup> Arrianum: Τῆτο (inquit) ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας, κυβερνήτην ὄντα. Sed qua demum fronte hoc audere potuit apud coevos? Qua, quaeso, spe, fore ut lateret, cum tot essent in contrarium testes, quot fuissent in classe milites, aut victores? Sed coevum Alexandro testem, quo tandem meliori testimonio opprimere potuit Arrianus? Alio scilicet, quod coevum credebatur, nempe Nearchi. Atqui utrumque in re tam manifesta, sibi invicem contrarium, coevum esse non potuit. Cur ergo Nearchum, qui se Nauarchum praedicabat, Oneficrito anteferendum esse duxit? Illa potissimum, ni fallor, causa, quod prior prodidisset in lucem falsarius sub nomine Nearchi, quem tamen contemnere potuit Auctor Oneficriti, quod originibus illis multo juniorem esse nosset, recenti tunc memoria confictum, nec adeo sese multo antiquiorem. Facile enim vidit, nondum eam esse Nearchi fidem, ut pro coevo temporum Alexandri monumento haberetur; se autem, si hoc a posteris impetrasset, ut fraudes ejus procederent, id potius affecuturum, ut damnaretur aemulus Nearchus, si quid contrarium sibi prodidisset. Ita poterant ratiocinari, magno demum intervallo interposito, Impostores. Vix autem poterant sinceri, eorumque, quibus censebantur, temporum, Auctores. Scio quidem fuisse etiam Alexandri temporibus coevum Oneficritum Diogenis Cynici discipulum: nec me fugit illum pro Peripli

Aucto-

<sup>h)</sup> Arrian. L. VI. Exped. Alexandr.

Auctore haberi a <sup>i)</sup> Plutarcho. Sed cum illius Scripta recenset Laërtius, nihil habet, quod ad hunc Periplus commode referri possit. Confert ille cum Xenophonte nostrum Onesicritum. Ille <sup>k)</sup> (inquit) *cum Cyro, hic cum Alexandro militavit.* Ille Cyri institutionem, hic Alexandri scripsit, nempe πῶς Ἀλέξανδρος ἤχρη. Ille Cyri, hic Alexandri prosequitur laudes. Est autem et stylus utriusque simillimus, nisi quod, ut exemplar ex archetypo, minoris sit aestimandus. Eundem scilicet intelligit Onesicritum. Nihil hic de Periplo, sed de educatione Alexandri, qualia de Cyri Institutione scripserat ante Onesicritum Xenophon. Nec aliter sentiendum, ut opinor, de aliis hujus ejusdem Navigationis Scriptoribus.

<sup>i)</sup> Plutarch. Alex.

<sup>k)</sup> Laërt. L. VI. n. 84.

---

V I N C E N T I I  
REFUTATIO DODWELLI,

pag. 56.

EX ANGLICO IN LATINUM TRANSLATA.

---

**F**inem huic libro facio (Prolegomenis ad Nearchum) defensione itinerarii Nearchi, ab Arriano servati, quod ut spurium Dodwellus, ut non verax Hardouin <sup>a)</sup> et Huet <sup>b)</sup> impugnarunt. At fidem tamen ejus defenderunt Salmasius, Ufferius, Sainte-Croix, Goffelin et d'Anville; et, si memoratis horum nominibus, nova apologia supervacanea videretur, necessitas opinionem meam proprio Marte defendendi excusanda tamen erit; nam si spurium cogitasset librum, nec ad fictionem tuendam contribuere, nec ad fabulam explicandam per annos laborem impendere voluisset.

Near-

a) Hominis mirare in mendaciis confingendis audaciam. *Hardouin* laud. a St. Croix Ex. Crit. p. 255. Ipse Hardouini editionem Plinii non vidi, at Dodwellum omnes ejus objectiones recepisse, ex Goffelino disco.

b) Huet Com. des Anciens, p. 349. Ste Croix.

Nearchus vero fatum fortitus est maxime iniquum; a Strabone cum Daimacho <sup>c)</sup>, Megasthene et Onesicrito inter fabulatores de India numeratus est; auctoritate Plinii, contra cujus narrationem multo plura monenda sunt, Nearchi librum unquam extitisse negatum est. Quod negotium quum susciperet Dodwellus <sup>d)</sup>, ingenue non egit, dum Strabonis illum locum <sup>e)</sup> Paraplo Nearchi praeponeret; quia enim Nearchi veracitatem non parum suspectam reddit, praejudicium contra Nearchum excitat; nec debuisset apponi, nisi simul cum eo, quod pro contrario dici potest. Iustitia requirebat, ut moneret, Strabonem aperte eodem itinerario non minus usum esse, quam Arrianum, Strabonem Nearchi multa debere, quae, licet ejus aetate vix credibilia viderentur, recentiorum tamen observationibus confirmata sunt.

Nearchus quidem de insula quadam incantata et de miraculosa Ichthyophagorum origine loquitur, at profecto, non ut veritatem illarum ineptiarum asserat, sed ut eas refellat; et si se solum in classe metu incantationis non correptum fuisse dicit, ejus quidem vanitatem

c) Daimacho primum inter fabulatores locum tribuit; Nearchi et Onesicrito solummodo secundum. Sainte Croix.

d) Fortasse Hudson, non Dodwell.

\*) Strab. Geogr. I. Ἀπαντες μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγονῆσιν, καὶ ὑπερβολὴν δὲ Διήμαχος. τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης, Ὀνησίκριτός τε καὶ Νέαρχος, καὶ ἄλλοι τοιῶτοι περιψευδίζοντες.

tatem et magnam de se ipso opinionem hoc probare, non veracitatem suspectam reddere potest.

Duo modo sunt, quae ad crimen hoc firmandum adduci possent, alterum nimia latitudinis Indi <sup>e)</sup> extensio; alterum, error, quum Malanis Novembri solem meridie septemtrionem versus visum asserit. Prius crimine falsitatis solvi potest, si ponimus latitudinem fluvii inundantis descriptam esse; posterius, si explanationem sufficientem non admittit, in eo solo ad librum suspectum reddendum insisti non debet. Dodwell quidem ad haec non attendit, at securus ea profero.

Liber Baro de Sainte Croix argumenta hujus magni Critici extraxit, et ad quodvis respondit; quum vero res omnis ab uno Plinii versiculo pendeat, si illum cum aliis Plinii locis non convenire probari possit, eundemque non sufficienter a Dodwello explanatum esse, nec summa dissertationis, nec inde pendentes conclusiones valent. Sainte Croix ita locum emendandum proponit, ut negationem mutemus in affirmationem; quae audacia, nulla licet auctoritate firmata, propter corruptissimum Plinii textum excusari possit; sed hoc fieri non posse ostendam; quapropter, si correctio adhiberi nequit, totus locus rejiciendus est.

Plinii locus est hic: „Onesicriti et Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia. Lib. VI, 23.„ His dictis, quis conjiciat, sequentes versiculos XXII, quibus Plinii excerpta ex itineralio continen-

e) Hic error potius Arriani est, quam Nearchi.

nentur, nihil ferme aliud continere quam nomina locorum? et haec aperte, non quidem ex Nearcho, nec ex genuino Onesicriti scripto, sed ex Onesicriti itinerario, quod Juba *f*) ediderat, Mauritanus, exscripta?

Dodwellus sensit hanc inconstantiam, ideoque Plinium explicat quasi dixisset: „locorum, quibus manserint, nomina *continua* apud illos non legi,, ut in itinerario Antonini etc. Sed hoc Plinius non dicit. Quod Plinius invenit in Nearcho, statim considerabitur; eum vero nomina locorum in Jubae Onesicrito invenisse, ipsius textus probat, et quaedam horum locorum mansiones fuisse, ex c. Tuberus, Hytanis etc. conspicuum est. Spatia vero non dedit, et utrum Onesicriti Itinerarium spatia haberet, nec ne? discerni nequit. Nearchum vero spatia dedisse, non ex ipsius modo opere liquet, cujus vero hac in re auctoritas non adhibenda est, sed ex pluribus etiam aliis Plinii ipsius locis.

Intextus est in textum Strabonis locus, non minus quam hic Plinii ab reliqua ejus narratione absonus, (lib. XV. pag. 503.) καὶ Φησὶν ὁ Νέαρχος, μηδὲ καθοδηγῶν ἐπιχωρίων τυγχάνειν, ἡνίκα τῷ Σόλῳ παρέπλει πρὸς τὴν Βαβυλωνίαν ἐκ τῆς Ἰνδιῆς· ὅτι προσόρμας ἐκ ἔχειν, οὐδ' ἀνθρώπων εὐπορεῖν οἷός τ' ἦν τῶν ἡγησομένων κατ' ἐμπειρίαν.

Hic locus solus stat inter duos alios, quibuscum nullo modo connexus est. Unde haustus sit, explicari non

*f*) Indicare convenit, quae prodit Onesicritus, classe Alexandri circumvectus in Mediterranea Persidis ex India, narrata proxime a Juba. Plin. VI, 23.

non posse videtur. Est vero in eo vocabulum, quod aliquam relationem ad Plinii illum locum habet: ὅτι προσόρους ἐκ ἔχειν, quia mansiones non habebat, non — itinerarium, sed littus. Ex tali ratione loquendi natus est Plinii error.

Sed consideremus Strabonis locum. Possetne secundus quis Dodwellus allegare haec verba ipsa, ut ex Strabone genuinum non esse probet itinerarium Nearchi, qui duorum ducum mentionem fecit, Hydriacis a Mosarnis et Amazenis ab Oaractis? quod argumentum illo Pliniano majoris esset momenti. At responsio in promptu est. Strabo sibi ipse contradicit. Hic dicit, Nearchum ducem non habuisse; et paulo post: Amazenem, Oaractorum praefectum, Nearchi per sinum persicum ducem fuisse.

Vel ignorantia Plinii ipsius, vel corruptus ejus textus, vel fons impurus, unde sua hausit, causa est, ut vix similitudinem inter narrationem Nearchi apud Arrianum et Onesicriti apud Plinium invenias. Hoc quoque pertinet inter argumenta Dodwelli. Sed sive Onesicritus sit causa ejus differentiae, sive Juba, non prorsus infociabilis est cum Nearcho; nam, Salmasio juvante, lego Arbis pro Nabrus; Tomerus pro Tuberus g); Oritae pro Paritae; Ori gens pro Origens; Andanis pro Hytanis; Achaemenidas pro Achaemedinas; Aradus h) pro Acrotadus i); et fortasse Arbis,

R 2

pro

g) In margine Tomberon.

h) Nomen ipsum Aradus est pro Arak-us, Arek vel L'arek.

i) Athithradus.

pro ab eis <sup>k)</sup>. Si igitur nunc vel Plinium ipsum ignorantiae, vel ejus textum corruptionis accuso, unde posset vel Dodwellus, si adhuc in vivis esset, eum defendere?

At Salmasius <sup>l)</sup> etiam ulterius progreditur; verbis disertis Plinium inculcat, ut qui nesciverit Orientem ab Occidente discernere, ideoque ordinem trium in litore converterit; et diversos alios errores, ad me non pertinentes, commemorat. Mentionem eorum feci, ut Plinii fidem non tanti habendam esse ostenderem, ut regula aliorum et solus veritatis testis credatur.

Aliam objectionem inde sumit Dodwellus, quod Plinius milliariis Romanis loco stadii Graecorum utatur, quod, si graecum sequutus fuisset auctorem, probabiliter adhibuisset. Utrum Juba an Plinius stadia mutaverit in milliaria, affirmare non audeo; sed consuetudinem eam esse Plinii, si graecos excerpserit auctores, totum opus ejus probat; et d'Anville consueto ingenii acumine multis exemplis ostendit, Plinium nunquam differentiam stadiorum considerasse, sed sine discrimine VIII stadia uni mill. Rom. aequalia ponentem in errores universam geographiam subvertentes incidisse. D'Anville pluribus computationibus milliariorum cum stadiis, unde facta erant, vidit, Plinii <sup>m)</sup> numeros, ipso inficio,

k) Abies oppidum.

l) Plin. Exercit. pag. 1177. et seqq.

m) VIII stadiis olympicis et XV stadiis Arriani uni mill. Rom. aequalibus, saepe, si dimidium numerorum Plinii partem sumis, proxime veritati accedis.



scio, cum veritate congruere, simulac mensura stadii in auctore excerpto certa erat.

At Plinius asserit, nulla spatia fuisse in Nearcho; et sive ex Onesicrito sive ex Nearcho sua excerpterit, ibi certe nulla spatia inveniuntur. Hoc quidem contra Onesicritum, vel saltem Jubam, at nullius momenti contra Nearchum est, quem etsi aliis locis citat, tamen in excerptis certissime non descripsit. Aliis vero locis re vera spatia ex Nearcho citat. Hoc concedit Dodwellus, sed spatia addit non fuisse regularia, neque continua, non descripta ea esse de universo eo littore, ubi navigaretur, ut summa eorum contrahi potuisset. Quia vero Arriani Nearchus talia spatia praebeat, inde opus non genuinum esse satis probari. — Contra hoc in universum monere sufficiat, haec spatia continua a Dodwello inventa esse; concedimus quoque, Arriani librum spatia continua continere. Sed series spatiorum ab Indo usque ad Euphratem, in singulis plurimum, et in summa maxime congruens cum vera littorum longitudine, quantam recentiores observarunt, tantam habet fidem internam, ut conjectura, qualis sit cunque, infirma reddi nequeat.

Hoc satis esse posset. Nunc adjiciam ipsos Plinii locos, (quos vel Dodwellus laudat,) eos contra ipsorum systema esse probaturus. „*Carmaniae oram patere duodecies centena L millia passuum Nearchus scripsit.*„ Plin. VI, 23. et rursus ibidem: *Onesicritus et Nearchus ab Indo amne in Sinum persicum atque illinc Babylonem Euphratis paludibus scripserant XXV mill. passuum esse. et: ab initio ejus (Carmaniae) ad flumen Sabin centum*

*M. passuum. Inde vineas coli et arva ad flumen Andanin XXV. M. spatia.* Numeri horum spatiorum, textu supra omnem opinionem corrupto, mihi curae non sunt. Sed in quovis horum locorum spatia, eaque ex Nearcho dari, conspicuum est. Quovis igitur modo Plinii testimonium ad Nearchi fidem debilitandam adhibeatur, se ipsum destruit; five locus, quo continetur, explicari possit, nec ne; five ipsum sit corruptum, five non; five genuinum spuriumve, nihil interest; nam argumentum non firmum nihili aestimandum est.

Dodwellus ipse conjecit, Plinium non minus verum itinerarium Nearchi vidisse, quam librum Jubae, quia in catalogo auctorum suorum nominis Nearchi mentionem fecit. Unde concludit, vel nulla spatia in Nearcho fuisse, vel nulla Plinium in eo invenisse. Sed jam dixi, Plinium in brevi de navigatione narratione Onesicritum sequutum esse, et nunc ex aliis ex Nearcho a Plinio descriptis locis, spatia, quae negat, vere in Nearcho fuisse probatum est. Ratiocinatio igitur sana Dodwellum Usserio <sup>n)</sup> assentiri coëgisset, qui supponit, spatia quidem Nearchum habuisse, Jubam autem omisisse. Qua conjectura si non efficitur, ut sibi Plinius ipse non contradicat, cur defendendus est? vel cur ab ejus suffragio aliorum auctorum existentia pendere debet?

Ad hanc defensionem conscribendam usus sum ope Gosselini <sup>o)</sup> et Sainte-Croix <sup>p)</sup>, de quorum scriptis, antequam

<sup>n)</sup> Anno 4388.

<sup>o)</sup> Geographie des Grecs, pag. 25.

<sup>p)</sup> Examen Critique pag. 250. et seqq.

quam ipse defensionem inciperem, si certior factus fuifsem, fortasse eorum argumenta sola recipere satis habuifsem; sic vero cum iis certare audebam, et quum ultimam manum admoverem, eorum ope ubicunque usus sum. D'Anville contra omnes objectiones satis esse putabat <sup>q)</sup>, si partem itinerarii ipsius forma genuina lectori proponeret, et profecto, interna fides libri magis eum genuinum esse probat, quam omnia argumenta. Descriptio diligens rerum vel minutarum, descriptio ejusdem littorum figurae, quam nunc adhuc habent, descriptio morum, consuetudinum et vestium, earumque omnium incolis his propriarum; singularitas coeli, anni tempestatum, ventorum, et naturalium ejus terrae fructuum, omnia de cognitione testantur, quae non nisi ipsa inspectione oculari parari potuerat, quae librum peperit, quem Antiphanes Euemerus, Jambulus, Euthymanes <sup>r)</sup> et omnes simul antiquitatis impostores componere non potuissent.

Si longius de hac re scribere necesse esset, respectu ad universum littus offerret Salmasius copiosum catalogum Plinii errorum. Et siue hi errores ab auctoribus ejus nascerentur, siue a ratione qua iis uteretur; siue nos Plinio ipsi, siue mutilatis et corruptis MStis, quos ejus editores nacti sunt, eos imputare debeamus; fieri tamen nequit, ut unus in tali opere locus defendatur, quo liber contemnendus adeoque nihili aestimandus videatur, in quo auctoris diligentia aequae con-

R 4

spicua

q) Sainte Croix, Ex. Crit. p. 256.

r) impostores, a Dodwello Diff. pag. 139. cet. enumerati.

spicua est, ac Plinii negligentia demonstrari potest. Unum modo exemplum adscribo, reliquorum numero eorum contemplationi relicto, qui auctoritati ejus systemata susperstruunt. Lib. VI, 25: *A promontorio Carmanis junguntur Armozei; quidam interponunt Arbios, CCCCII* (in margine CCCCXXI) *mill. pass. toto littore.* Hoc dicit cap. XXV. At cap. XXIII. hoc littus *CC mill.* longum esse asserit. Sed quanta sit cunq̄ue ejus longitudo, a promontorio Armozon tamen supra sexcenta mill. excedit. Tantus est hic error. E contrario Nearchus Arbios vel Arabitas ponit inter Indum et Sommeany; et promontorium Arabah nunc adhuc eorum nomen conservat. Littus eorum circiter *C mill.* longum esse dicit, quod verum invenimus. Armozeiam commemorat tanquam partem Carmaniae, ut est ad hunc diem usque. Designat terram humilem in littore et montes in mediterraneis; idem in hunc diem faciunt optimi geographi et qui ibi itinera fecerunt. Si in altera parte tanta est veritas, in altera omnia vana, judicium de utriusque meritis non est difficile.



## INDEX NOMINUM PROPRIORUM.

### A.

- Acarmania* 41, 2.  
*Acefines*, fluv. Ind. 3, 10. 4, 8. 18, 11. 6, 5.  
*Aegaeus* 18, 6.  
*Aegyptus* sub Scythis 5, 6. 6, 6. sqq. 18, 1. 43, 1. sqq.  
*Aethiopes* 6, 6. sqq.  
*Aginis*, pagus Sufianae 42, 4.  
*Agoranis*, fluv. Ind. 4, 4.  
*Alcomencus* 18, 6.  
*Alexander*, Philippi fil. c. 5. 9. etc.  
     — Peucestae pater 18, 6.  
     — Crateri pater 18, 5.  
*Alexandri portus* 21, 10.  
*Alorites* 18, 6.  
*Ammon* 35, 8.  
*Amphipolis* 18, 10.  
*Amphitrite* 18, 11.  
*Amyntor*, Hephaestionis pater 18, 3.  
*Amystis*, fluv. Ind. 4, 5.  
*Ananis*, fluv. Carmaniae 33, 2. 35, 7.  
*Anaxidotus*, Archiae pater 18, 3. 27, 8.  
*Andomatis*, fluv. Ind. 4, 4.  
*Andromenes*, Attali pater 18, 6.  
*Andron*, Cabelae fil., Tejus, ex trierarchis 18, 7.  
*Androsthene*s, Callistrati fil., Amphipolites, ex trierarchis 18, 4.  
*Androtimus*, Nearchi pater 18, 4.  
*Antigenes*, Pythonis pater 15, 10.  
*Antipater*, Leonnati pater 18, 6.  
*Aornus*, petra Indiae 5, 10.  
*Aphrodite* 37, 10.  
*Apollo*, Alexicacos 36, 3.  
*Apollophanes*, Gadrosiorum satrapa, ejus mors 23, 5.  
*Apostana*, loc. Perfidis 38, 3.  
*Arabes* 41, 7.  
*Arabia* 43, 1. sqq. 32, 7.  
*Arabies*, gens Ind. 21, 8. 25, 3.  
*Arabius*, fluv. Ind. 22, 8. 23, 1. 21, 8.

- Archias*, Anaxidoti fil., Pellaeus, trierarchis adscriptus  
18, 3. navigat cum Nearcho 27, 8. sqq. 28, 3. 34, 6.  
*Archon*, Cliniae fil., Pellaeus, ex trierarchis 18, 3.  
*Areon*, fluv. Perf. 38, 7.  
*Arispae*, gens Ind. 4, 9.  
*Aristonus*, Pifaei fil., Eordaeus, ex trierarchis 18, 5.  
*Armenia* 42, 3.  
*Arosis*, *Ares*, fluv. Perfidis 39, 9.  
*Asclepiodorus*, Timandri fil., Pellaeus, trierarchis ad-  
scriptus 18, 3.  
*Asia* 5, 5. *Asiani* 21, 1.  
*Affaceni*, gens Ind. 1, 1. 8. 4, 8.  
*Affyrrii* 1, 3. 32, 7. 5, 7.  
*Astaceni*, gens Ind. 1, 1. 8.  
*Astrybae*, gens Ind. 4, 8.  
*Astypalaeus* 18, 9.  
*Athenae* 21, 1.  
*Athanaeus* 18, 3.  
*Attalus*, Andromenis fil., Stymphaeus, ex trierarchis 18, 6.

## B.

- Babylon*, et *Babylonia* 41, 6. 8. 43, 1. 4.  
*Bacchus* 1, 4. sqq. 5, 8. 9. 7, 4. sqq. 8, 1. sqq. 9, 9. 10.  
*Badis*, locus Carmaniae 32, 5.  
*Bagia*, rupes 28, 9.  
*Bagifara*, loc. Ichthyoph. 26, 2.  
*Bagoas*, Pharnuchae fil., Perfa, ex trierarchis 18, 8.  
*Balomum*, loc. Ichthyoph. 27, 2.  
*Barna*, pag. Ichthyoph. 27, 2.  
*Beroeaeus* 18, 6.  
*Bessareenses* 4, 12.  
*Bibacta*, insul. Af. 21, 11.  
*Boreas* 40, 3.  
*Brizana*, fluv. Perf. 39, 7.  
*Budyas*, rex Ind. 8, 1.

## C.

- Cabana*, loc. Af. 23, 2.  
*Cabeles* 18, 7.  
*Cacuthis*, fluv. Ind. 4, 4.  
*Caicandrus*, inf. sin. Perf. 38, 2.  
*Cainas*, fluv. Indiae 4, 3.  
*Callistratus* 18, 4.  
*Calyba*, loc. Af. 26, 6.  
*Cambistholi*, gens Ind. 4, 8.

- Cambyfes* 43, 4. 1, 3. 9, 10.  
*Canafida*, urbs Ichthyoph. 29, 1.  
*Canate*, loc. Ichthyoph. 29, 4.  
*Carbis*, loc. Ichthyoph. 26, 8.  
*Cardia* 18, 7.  
*Carmania* 32, 4. 36, 8. 38, 1. 27, 1.  
*Carnine*, inf. Af. 26, 6.  
*Carthago* 43, 11.  
*Cataderbis*, lacus Sufianae 41, 1.  
*Catadupa*, urbs Ind. 4, 5.  
*Cataea*, infula finus perlici 37, 10.  
*Caucafus*, quem vocant Macedones 2, 4. 5, 10. Scythi-  
 cus 2, 4.  
*Caumana*, loc. Ind. 21, 3.  
*Celtae* 16, 10.  
*Cenei*, gens Ind. 4, 8.  
*Cephisodorus*, archon Athen. 21, 1.  
*Ceres* 7, 6.  
*Cilicia* 2, 2.  
*Cinaedos* (*Kivados*) 8, 8.  
*Clinias* 18, 3.  
*Clifobora*, urbs Ind. 8, 5.  
*Cocala*, loc. Oritarum 23, 4.  
*Colta*, loc. Ichthyoph. 26, 6.  
*Commenafes*, fluv. Ind. 4, 4.  
*Condochates*, fluv. Ind. 4, 4.  
*Cophanta*, portus Asiae 27, 4.  
*Cophen*, fluv. Ind. 1, 1. 8, 4. 11.  
*Cordax*, saltationis genus 7, 8.  
*Coreeftis*, loc. Ind. 21, 4.  
*Coffaei*, gens Af. 40, 6.  
*Coffoanus*, fluv. Ind. 4, 3.  
*Cradevas*, rex Indiae 8, 2.  
*Crateas* 18, 6.  
*Craterus*, Alexandri fil. ex Orefide, trierarchis adscri-  
 ptus 18, 5. 19, 1. 3.  
*Critobulus*, Platonis fil., Cous, ex trierarchis 18, 7.  
*Crocela*, infula Ind. 21, 7.  
*Ctesias* Cnidius 3, 6.  
*Cyiza*, loc. Af. 27, 6. 30, 2.  
*Cyprii* 18, 1.  
*Cyrene* 43, 13.  
*Cyrus* prior 1, 3. 9, 10.  
*Cyfa*, locus Af. 26, 8.

## D.

- Dagafira*, loc. Af. 29, 6.  
*Delta Nili et Indi* 2, 6.  
*Demonicus Athenaei*, Pellaeus, trierarchis adscriptus 18, 3.  
*Dendrobosca*, loc. Ichthyoph. 27, 3.  
*Diridotis*, pagus Babyl. regionis 41, 6.  
*Domae*, inf. Af. 22, 2.

## E.

- Emodus*, pars Tauri 2, 3. 6, 11.  
*Enus*, fluv. Norici et Rhaetiae 4, 15.  
*Enyalios* sive Mars 24, 7.  
*Epicharmus* 18, 5.  
*Erannoboas*, fluv. Ind. 4, 3. 10, 5.  
*Eratosthenes Cyrenaeus* 3, 1.  
*Errhenesis*, fluv. Ind. 4, 5.  
*Erythraeum mare*, unde nomen 37, 3.  
*Erythres*, antiquus rex 37, 3.  
*Evagoras*, Eucleonis fil., Corinthius, classis scriba, trierarchis adscr. 18, 9.  
*Eumenes*, Hieronymi fil., Cardianus, ex trierarchis 18, 7.  
*Euphrates* 41, 6. 8. 42, 3.  
*Europa* 5, 5.  
*Euxinus pontus* 40, 5.

## F.

- Feminarum portus* in Af. 22, 5.

## G.

- Gadrosii* 22, 1. 26, 1. 27, 1. 23, 5. 32, 1.  
*Ganges* 2, 9. 3, 9. 4, 2. sqq. 10, 5.  
*Garoeas*, fluv. Ind. 4, 11.  
*Germanorum frena graecis similia* 16, 10.  
*Gogana*, l. Perf. 38, 7.  
*Granis*, fluv. Perf. 39, 3.

## H.

- Hanno Africanus* 43, 11.  
*Harmozia*, reg. Af. 33, 2.  
*Hellespontii* 18, 2.  
*Helotes* 10, 9.  
*Hephaestion*, Amyntoris fil., Pellaeus, trierarchis adscriptus 18, 3. 19, 1. 3.  
*Heratemis*, fossa Perfidis 39, 1.  
*Hercules* 5, 8. sqq. 8, 4. sqq. 9, 1. sqq. 36, 3.  
*Herculis columnae* 43, 11.  
*Hieratis*, urbs Perfidis 39, 1.  
*Hydaspes*, fluv. Ind. 3, 10. 4, 9. 18, 1. 11. 19, 6.  
*Hydra-*



*Hydraces*, Gadrosius, classis dux 27, 1.  
*Hydraotes*, fluv. Ind. 3, 10. 4, 9.  
*Hypafis*, fluv. Ind. 2, 8. 3, 10. 4, 1. 8. 6, 1.

Ʒ.

*Ichthyophagi Asiae* 26, 2. 28, 3. 29, 7. sqq. 31, 8. 32, 1. sqq.  
*Ila*, portus Perf. 38, 2.  
*Imaicus*, mons Ind. 6, 4. et *Imaus* 2, 3.  
*Indathyrfis*, Scythia, victor Asiae 5, 6.  
*India* generaliter c. 1—17.  
*Indus*, fluv. 2, 5. sqq. 3, 2. 9. 4, 2. sqq. 21, 2. sqq.  
*Jobares*, fluv. Ind. 8, 5.  
*Iones* 18, 2.  
*Irus*, mons Ind. 21, 9.  
*Ister* 2, 5. 3, 9. 4, 13. sqq.  
*Jupiter graecus et Ammon* 35, 8. Ioter 21, 2. 36, 3. 9.

L.

*Lacedaemonii* 10, 8.  
*Lampedon*, Larichi fil., trierarchis adscriptus 18, 4.  
*Leonnatus*, Antipatri fil., ex trierarchis, Aegaeus 18, 6.  
 — Eunni fil., Pellaeus, ex trierarchis 18, 3. vincit  
 Oritas 23, 5. sqq. cur ab Alexandro coronatur 42, 9.  
*Leucas*, insula 41, 2.  
*Libya* 43, 13. 35, 8.  
*Lycia* 2, 2.  
*Lyfimachus*, Agathoclis fil., Pellaeus, ex trierarchis 18, 3.

M.

*Macedones*, c. 1. 2. 3. 5. 15. 21. 28.  
*Maceta*, promontorium Arabiae 32, 7. 43, 9.  
*Maeander*, Mandrogenis fil. Larissaeus, ex trierarchis 18, 7.  
 — fluv. Af. 4, 6.  
*Magon*, fluv. Ind. 4, 4.  
*Mulana*, promont. Orit. 25, 1.  
*Malantus*, fluv. Ind. 4, 11.  
*Malli*, gens Ind. 4, 10. 19, 8.  
*Mandiadini*, gens Ind. 4, 4.  
*Mardi*, gens Asiae 40, 6.  
*Margastana*, insula sin. perf. 41, 1.  
*Maffaca*, urbs Affacen. 1, 8.  
*Mathae*, gens Ind. 4, 6.  
*Mazenes*, praefectus insulae, cui nomen Oaracta 37, 2.  
*Medi* 40, 6. 1, 3.  
*Medius*, Oxynthemidis fil., Larissaeus, trierarchis adscriptus 18, 7.

- Megasthenes*, quae de India scripsit, c. 3. 4. fqq. 17.  
*Mercurius* 37, 10.  
*Meroe*, loc. Africae 25, 8.  
*Meros*, mons Indiae 1, 6. 5, 9.  
*Mesambria*, regio Perf. 39, 2.  
*Mesopotamia* 42, 3.  
*Methora*, urbs Ind. 8, 5.  
*Metron*, Epicharmi fil., Pydnaeus, e trierarchis 18, 5.  
*Morontobarbara*, loc. Af. 22, 4.  
*Mofarna*, portus Asiae 26, 10. 27, 2.  
*Myllaeus*, Zoili fil., Beroeenfis, e trierarchis 18, 6.

## N.

- Nearchus*, Androtimi fil. Cretensis, trierarchis adscriptus  
 18, 4. classi praefectus 18, 10. ab Alexandro corona-  
 tur 42, 9.  
*Neoptana*, loc. Asiae 33, 1.  
*Neptunus* 18, 11. 19, 10. 36, 3. 37, 4.  
*Nereides* 18, 11. 31, 6.  
*Neudrus*, fluv. Ind. 4, 8.  
*Nicarchides*, Simi fil., Pydnaeus, e trierarchis 18, 5.  
*Niocles*, Pasicratis fil., Solius, e Cypro, trierarchis ad-  
 scriptus 18, 8.  
*Nilus* 2, 6. 3, 9. 4, 13. fqq. unde augetur 6, 6. fqq.  
*Ninus*, urbs Asiae 42, 3.  
*Nithadon*, Pnytagorae fil., Salaminius, ex trierarchis 18, 8.  
*Noricum* 4, 15.  
*Nosala*, inf. Af. 31, 2.  
*Nysaei*, gens Ind. 1, 4. fqq. 5, 9.

## O.

- Oaracta*, inf. fin. Perf. 34, 2.  
*Oceanus* 18, 11.  
*Ochus*, mons Perf. 38, 4.  
*Omalis*, fluv. Ind. 4, 4.  
*Onesicritus*, Astypalaeensis, gubernator navis Alexandri 18,  
 9. 32, 19.  
*Ophellas*, Sileni fil., Pellaeus, e trierarchis 18, 3.  
*Organa*, inf. sinus persici 37, 2.  
*Oritae* 26, 1. 22, 10. 23, 15. 25, 1. 32, 4. 42, 9.  
*Oxydracae*, gens Ind. 4, 9.  
*Oxymagis*, fluv. Ind. 4, 4.

## P.

- Padagrurum*, fluvius Persidis 39, 2.  
*Paeonia* 4, 16.

- Pagala*, loc. Asiae 23, 1.  
*Palimbothra*, maxima urbs Indiae ad Gangem 2, 9. 3, 4. 10, 5.  
*Pamphylia* 2, 2.  
*Pandaea*, Herculis filia 8, 7. 9, 3.  
*Pantauchus*, Nicolai fil. Alorites, ex trierarchis 18, 6.  
*Parapamisadae* 5, 11.  
*Parapamisus*, pars Tauri 2, 3. 5, 10. 6, 4.  
*Parenus*, fluv. Ind. 4, 12.  
*Pasira*, pag. Af. 26, 3.  
*Pasirees*, pop. Af. 26, 3.  
*Pasitigris*, fluv. Af. 42, 14.  
*Pattala*, Delta Indi 2, 6. sqq.  
*Pazalae*, urbs Ind. 4, 5.  
*Perdiccas*, Orontae fil. ex Orestide, ex trierarchis 18, 5.  
*Persae*, *Persis* 38, 1. 40, 1. sqq.  
*Persicum mare* 19, 9.  
*Peucela*, *Peucelautis* 1, 8. 4, 11.  
*Peucestas*, Alex. fil. Miezeus, ex trierarchis 18, 6. 19, 8.  
*Philippus*, satrapa Indiae 19, 4.  
*Phoenices* 18, 1. 43, 1.  
*Pithon*, Crateae fil., Alcomeneus, ex trierarchis 18, 6.  
*Porus*, rex Ind. 5, 3.  
*Portus feminarum* in Asia 22, 5.  
*Prasii*, gens Ind. 10, 5.  
*Prometheus*, Titan 5, 11.  
*Ptolemaeus*, Lagi fil., Eordaeus, trierarchis adscriptus 18, 5.  
     *Aegypti rex* 43, 4.  
*Pylora*, insula sin. Pers. 37, 8.  
*Python*, Antigenis fil., dux 15, 10.

## R.

- Rhaeti* 4, 15.  
*Rhogonis*, fluv. Persidis 39, 6.  
*Romani* 8, 9.

## S.

- Sacala*, locus Asiae 22, 4.  
*Sambus*, fluv. Ind. 4, 4.  
*Sandracottas*, rex Ind. 5, 3. 9, 9.  
*Sangada*, regio Asiae 21, 11.  
*Saparnus*, fluv. Ind. 4, 12.  
*Saranga*, regio Asiae 22, 3.  
*Saranges*, fluv. Ind. 4, 8.  
*Saunia* jacula 16, 10.  
*Saus*, fluv. apud Paeones 4, 16.


## 272 INDEX NOMINUM PROPRIORUM.


- Scythia* 5, 6. 7, 2. 2, 4. 3, 9.  
*Seleucus Nicator* 43, 4.  
*Semiramis*, regina Assyriae 5, 7.  
*Sejostris Aegyptius* 5, 5.  
*Sibae*, gens Ind. 5, 12.  
*Silas*, fluv. Ind. tenuissima aqua 6, 2.  
*Silphium* 43, 13.  
*Sinarus*, fluv. Ind. 4, 9.  
*Sifidona*, urbs Asiae 37, 8.  
*Sitacus*, fluv. Perf. 38, 8.  
*Sittocatis*, fluv. Ind. 4, 3.  
*Soamus*, fluv. Ind. 4, 12.  
*Soastus*, fluv. Ind. 4, 11.  
*Solomatis*, fluv. Ind. 4, 3.  
*Sonus*, fluv. Ind. 4, 3.  
*Spatembas*, rex Ind. a Baccho constitutus 8, 1.  
*Strymon* 18, 10.  
*Stura*, locus Ind. 21, 1.  
*Suraseni*, gens Ind. 8, 5.  
*Sufii* 40, 16. 42, 2. lqq.  
*Syene*, urbs Aegypti 25, 7.  
*Syria Palaestina* 43, 1.

### T.

- Tala*, vox indica 7, 3.  
*Talmena portus* 29, 1.  
*Taoce*, loc. Perfidis 39, 3.  
*Tarsias*, promont. Asiae 37, 9.  
*Taurunos*, urbs Paeoniae 4, 16.  
*Taurus*, mons 2, 2. lqq. 3, 2. lqq.  
*Thoas*, Menodori fil., Magnesium, trierarchis adscriptus 18, 7.  
*Tigris* 42, 2. lqq.  
*Timanthes*, Pantiadae fil., trierarchis adscriptus 18, 3.  
*Titan* 5, 11.  
*Tlepolemus*, satrapa Carmaniae 36, 8.  
*Tomerus*, fluv. Af. 24, 1.  
*Triptolemus* 7, 6.  
*Troea*, loc. Ichthyophagorum 29, 5.  
*Tutapus*, fluv. Ind. 4, 10.

*Uxii* 40, 16.





- I. Firtochey Carangee.
- II. Monzepron.
- III. Chulney inf.
- IV. Arabah, flux.
- V. Moran.
- VI. Arabah Arabah.
- VII. Bagafira vocabatur forte omnis peninsula; apud Arrianum modo finis orientis vefus.
- VIII. In mapis angl. fl. Chumut, in Portugali. Culametta.
- IX. Aftola, forte Aftroa, Ptolem.
- X. Prom. Popnae, fuz. fene. Promontorium in Chr. non nominatum.
- XI. Darum, Duram.
- XII. Vincent ferepit Teren - obafa.
- XIII. Prom. Guadel. Alag. butur est nomen Ptol. Alabagium.
- XIV. Turiza, Guitta. Guttar, Thudan.
- XV. Guttur, finis.
- XVI. Hydriacus flux. ap. Marc. Fandria - kos ap. Ptolem.
- XVII. Fizee.
- XVIII. Churbar flux.
- XIX. Teifa, Tyfa ap. Ptol. et Marc. Fz. fidge Tarfa.
- XX. Tanka. Jamy. Dace ap. Ptol. et Marc.
- XXI. Salarus ap. Ptol. Sarus ap. Marc.
- XXII. Prom. Muchfa, up. quosdam Sacti.
- XXIII. Guask, Jaagus. Kappella ap. Ptol.
- XXIV. Badis ap. D. Anv. Elbowz, mons. Chowas.
- XXV. Armozon, prom. ap. Ptol.
- XXVI. Ibrahim flux. ab urbe Mina fluxus.
- XXVII. Gomeron vel Bender Abbaffi.
- XXVIII. Gerana Tyrine, Turan, Ormuz inf.
- XXIX. Area. Libren.
- XXX. Coris, insulae.
- XXXI. Ras Miffendon.
- XXXII. Kismis, Djisme, Trocht.
- XXXIII. G. Tombo. Kaze.
- XXXIV. Nabegou. Lit. Tombo. Namin.
- XXXV. Coricus Ptol. Sulfus Pto. Pond Sejour. Salt River.
- XXXVI. Tanag ap. D. Anv. Sarafi. Arups ap. Ptol.
- XXXVII. Ras. el. Heli. ap. Nieb. Buftion ap. D. Anv.
- XXXVIII. Djer. Ginde, Certes. Nappa Engl. et Holland. transpumont Buftion et Certes.
- XXXIX. Potior. Belior.
- XL. Nebfure. Trur Nieb.
- XLI. Turdy Schech Sure Nieb.
- XLII. Kioh. Oueche.
- XLIII. Charrack, colles Tjjarack.
- XLIV. Gilla, Gillam.
- XLV. Andarvia, Inderabia.
- XLVI. Darabin flux. Dara ap. Ptol.
- XLVII. Ichitwar, inf. ab Ne. archo vifa, non nominata.
- XLVIII. Ddra Portuy. D. Anv. Brucheab. Schech Schaub Nieb.
- XLIX. Shevoo. Tibben, Nieb.
- L. Dahr Affan, mons.
- LI. Prom. Nabon.
- LII. Nabon, magnus flux. Bagrada ap. Ptol. ubi ap. eundem est finis Carmaniae.
- LIII. Barnhill, Congoon.
- LIV. Ken. Kanoh. Totan.
- LV. Verdistan prom. Ar. fizan. Ptolem. Kufinda, Ktaufinda.
- LVI. Hierazin, Lezarine, Khor. Jfer, ap. Nieb. Coufer ap. Theraot.
- LVII. Chergonefus Ptol.
- LVIII. Bufheor. Abufhachor.
- LIX. Karack. Kurefi. Sophtha Ptolem.
- LX. Karye, Khuor.
- LXI. Bunder Regh. Bunderoet.
- LXII. Sunwah fl. Gernabe.
- LXIII. Prom. Bung vel. Bank. Tacke Ptol.
- LXIV. Endiar, Tab, Ab Argoun. Arreghian. In Ab. Opt. strae.
- LXV. Tenagos arenof. Ptol.
- LXVI. Eulaeus Ptol. Dorack.
- LXVII. Dorgeftan.
- LXVIII. Karun Khore. Mape us Ptol.
- LXIX. Sinus Meferius.
- LXX. Ex nominibus Tylos et Bradus fecerunt Graeci Tyrus et Bradus.
- LXXI. Ptolemus videtur transposuisse Scarium Arriani ad inf. Bahrein, et Bahrein vel Tylos. ad insulam Tyrinen vel Ormuz.

SINUS PERSICUS  
et littora  
ICHTHYOPHAGORUM ORITARUM et ARABITARUM

ad Arriani Historium indicam.  
MDCXXVIII.











